

9.

# DECRETUM

Sacrationis Themidis

Pro parte

*Cellissimi Excellentissimi Illustrissimi*

*S. R. J. PRINCIPIS*

DOMINI DOMINI

ANTONIJ CHRYSOSTOMI

PRUSS

JABLONOWSKI

Palatini Posnaniensis, Buscensis, Medirecensis,  
Sviicensis &c Capitanei, S. R. M. & Republicæ  
Loricatæ Cohortis Rothmagistri, Aquilæ Albæ, ac  
S. Huberti Equitis, nec non Tribunalis Regni

*MARESCHALCI*

E M A N A T U M

Ad Instantiam Patris JOSEPHI PACIORKOWSKI Ordinis sui Nomine S. PAULI  
primi Eremitæ, ex Protocollo ejusdem Sacrationis Arcopagi, trinâ simul Indu-  
ctione repetâ, Authenticô Juratarum Personarum testimoniô roboratâ copiatim.

E X T R A C T U M.

Tandem

In perennaturæ gratitudinis tesseram, humiliter

O B L A T U M

ac


Anno, quô Incarnata Sapientia, Justitiam cûm Misericordia conciliavit, subæ  
Universæ justitiam sitientium, Lublini 1761. Die Novembris

P U B L I C A T U M.



Typis Clari Montis Czestochovienſis.

IN PERAVITUM DECUS



Pes loricatorum Magnalia Sternmatis, an non  
Virtutis sedes Ocrea, calcar apex!  
In Gentiliis Cruce, per fastigia cursus  
Faustius eveniunt pro Patria atque Fide.  
Falx hostes abigit, defendit jure Penates  
Certum pars soleæ, tingit honoris iter.



CELSISSIME  
S. R. F. PRINCEPS  
PALATINE.



*Decretum Sacrationis Themidis, Incre-*  
*ate Sapientie inacticum Protocollo,*  
*nec non Extractum Cathegorie, eò subli-*  
*mius prodit in apricum gloriæ, quò fe-*  
*liciori omine, POSNANEUM con-*  
*scendis solum Nimirum: decretantis contra Toga-*  
*tum HONOREM, pro parte Mitrate VIRTUTIS*  
*TUÆ CELSISIME PRINCEPS Cælestis Superara-*  
*bitri iudicium, absorpserat quidem abyssalis Ejusdem*  
*conceptus, ast hoc, clarissimus aditate Partis, Orbi*  
*universo indigitavit splendor. Nec immeritò: VIR-*  
*TUS etenim Tua PRINCEPS PALATINE Divini*  
*arcani, Clavis aurea est; Aurora rutilans, lucis ho-*  
*norum inoccidue presaga; sine hyperbole adoranda.*  
*Superbit profectò Lechia, excelsis Meritorum Tuo-*

rum colossis, quos *Polo*, & *Patriæ Solo*, erexeras glo-  
 riosus. Depredicant *Stoæ*, subtiles sagacis ingenij ar-  
 gutias, *Divinum alterius resoluti Doctoris CHRYSOSTOMI* acumen in *TE Latia* specularantes *Mu-  
 se*; *cujus aurei oris facundiâ*, ipsa *Judicialis Tribu-  
 nalis Regni Staba* letatur, & stupet. *Mavortia Dea*,  
*sui infracti Rothmagistri*, *Magnanimitatis prodigio-  
 sa trophæa*, *gratioso refovet Simi*, *Olympico honore*,  
*tot heroicis actibus comparata*. *Palatina Curulis*, in  
*Lernæa vitiorum monstra fulminantem*, tripudi-  
 ans celebriorem excipit *Periclem*. *Serenissimus AU-  
 GUSTUS III. Poloniarum Monarcha*, *Equitem A-  
 quile Albæ Celsissimum*, *Ducum ad victoriam Prin-  
 cipem*. *Principum Ducem ad triumphos*, *SUÆ SE-  
 RENITATI* falli nescio *Spiritu pollicetur*. Itaque:  
*quô TE CELSISIME PRINCEPS* *prodroma HO-  
 NORIS, VIRTUS TUA* vocat, *felici eandem seque-  
 re pedemate*. *Conscende illud subscellium*, ad *cujus fa-  
 stigium nuper MAJESTATIS Crux*, *jani TIBI be-  
 nedixerat iter*. *Capesse Purpuratorum Patrum Regi-  
 am*, *ab æterno Divinâ judiciali præponderante slate-  
 râ, TUÆ VIRTUTI hereditariam*. *Præcelsô in cul-  
 mine, Majestatis, Patriæ, ac Nostras serenare fron-  
 tes*. *Fucolumis tandem, si non æternas, diuturnas sal-  
 tim seculorum, decurre Miriades felicissimè*. Ita  
*precatur Nomine Provinciæ*

VESTRÆ CELSITUDINI

Devotissimus Client  
 P. JOSEPHUS PACIORKOWSKO. S. P. P. E.



Ausa Juris, meritorum Principis Mareschalci, *Sacrator Themis*, Tuo offertur Areopago: *Principisne Celsissimus Virtutis Heres excelsæ Curuli vectigalis sententiandus, vel altum Honoris fastigium, infra Mitre Ducalis eminentiam locandum!* Argumentum Honoris, & Meritorum Principis Palatini est, lance justitiali

Processus in causa & actione Judiciaria inter Honorem ex una, & Virtutem Principis Palatini ab altera.

metiendum. Sententiare nihilominus *inauditis partibus controversis, ac non habitâ notorietate delicti rennis!* exceptiones recusatorias non opponendo utriquè benignam præbeto aurem. Honor Personaliter comparet Principalis Actor contra adcitatum Celsissimum Principem allegando, comparet Celsissimus Palatinus per zelantissimam pro Honore sui Amplissimi Fundatoris Paulinam catervam, per *Edictum Publicum, non expectatò monitoriò, peremptoriè adcitatus coram Officio Generali & Actis Cœlestis Superarbitri, omnibus melioribus, quibus de Forma, viâ, stylò, palam, spontè, ultrò liberè, per Eandem responsurus. Volve, & revolve Decretales & non Clementinas, codicem Justiniani, non decretum Gratiani, Princeps Palatinus, rigorem Sacratioris Themidis minimè recusabit.* Nihilominus ad os elingue Paulinum Sacrà Asceti, pallefcit florida Principis vultûs venustas; ad Corvi procrastinantis inconstantiam, exhorrescit. Verum: crede Princeps Mareschalce Eremiticus cœtus, dum in deserto Ascetico, pressò obmutescit ore, Pauli Doctoris Gentium vestigia premit. Corvus procrastinando, virentis felicitatis cras in sonare judicandus. Et vel maximè: ubi Gentilitia *Crux* solvit vincula linguæ, minimè absolvens ab onere vindicandæ Celsissimæ eminentiæ, cui ex Aboriginum sepulchralibus bustis, in trophaum gloriæ assurrexit.

Comparet Celsissimus Princeps per Ordinem S. Pauli.

Jam HONOR meritum causæ explicare aggreditur; sublimis subsellij fascēs, flagrantissimos ac colliquescentes amore DEI exambire Seraphinos; fragrantissimum virtutum odorem spirantes Rosas; adhuc in via, jam Beatos, ad ampliores Divinos capeffendos favores; in Senatu Prudentissimos desiderare Epaminondas; in

Honor, ex actoratu inducit meritum causæ

Castris imperterritos Camillos, infractos pro Aris & Focis An-  
nibales; In Tribunalibus æquissimos Lycurgos! Alit ad  
Replicat Ordo No- mine Prin-  
cipis trahēs argumentū ab Infan-  
tia Princi-  
pis.  
Ducalem Purpuram, erubescere *Principalis Actor*, ipsa jam fa-  
cies læsi dat signa rubore pudoris: nonnè ab ungue cognoscitur  
Leo, & tenero Jovis Ales unco? huc geminas flecte acies, hanc  
aspice Gentem, in Principe Nostro, Arborem Consanguinitatis  
adora. In prætexta Princeps, planta tenella, Lechici Paradisi  
solo, implantata; Augusti Poloniæ Eridani, mitræ Ducali, unio  
Gangeticus inferendus; Regiæ stirpis pulcherrimus Ramus, de-  
licium populi, delictumquè Poli, quod aurea spondebit, afflicto  
sæcula mundo. Mirantur dona Æneæ in Celsissimo Pusione, Ex-  
cella Capita, alit innocuè: dum *Hic* cum lacte canam morum  
suxerit gravitatem; in tenero corpore, Giganteam animi ma-  
gnitudinem hæreditaverit; in medio Paradisi Poloniarum plan-  
tata Arboris JABŁONOVIAE proceritatem, à meritis suis sibi  
vendicaverit; Tandem: fecundâ inundatione virtutum suarum  
rore irriguo, majore meritorum suorum accrescentiâ, gloriatur.  
In flore Juventutis, Cedrus Libani superexaltatus; in exoriente  
aurora, meridies; in fascijs infantilibus, invictus Heros; sub dire-  
ctrice Dextrâ, mentis excellæ robur, adoratur. Spes quidem in  
herba fuerat in *Celsissimo Principe*, falli tamen nescia: Hono-  
res, scientiasquè Principi, non Principem honoribus & scientijs  
genitum declarans; adeò ut nequeat universaliter concludi, *non  
dari mortalibus congenitas scientias*, cum hæc universalis, in No-  
stro Principe, Mularum collaetaneo, falsificari videatur. Inte-  
rim experiendæ Palladis gratiâ, num. *sub sole* scientiarum *detur  
aliquid novi*: ac ut Zamoyscianæ Universitati fravissimæ dili-  
gentiæ calcar, Peraviti Pedis adderet, eidem candidâ se manci-  
pat mente. Et bene: Qui in vitiorum hydras toties detonaverat,  
Gentilitium acuit Ferrum, Principum in Ostrog fractâ Rotâ,  
alteram Fortunæ instauraturus. Zamoyscianam accessit Acade-  
miam, ut dexter sagittarius, Apollinem & Musas, magnæ suæ  
indoli subijceret feudatarias. Claro Cynthiae stellæquè irradiatus  
fulgore, publicam honorum lucem, ad Palladis umbram, acuto  
mentis perspicilio aspexit. JABŁONOVIVS Goleńczyk au-  
reo armatus pede, studium aureum, generoso erigit gressu; Quò,  
properabat ad Domesticum aureum campum, aureas virtuti-  
bus meritisquè jam gravidas, messurus aristas, granariam sarmati-  
cum repleturus. Alta Gymnasij, scandit imperterritus *Celsissimus  
scientiarum Alumnus*, cujus summa perspicacitas ingenij, ubiquè

tenuit altum iudiciorum. Fortiter fixit pedem, ut literaria arena, hoc pressâ, fecundiores Patriæ progerminaret fructus. Ast quid tandem? primò incipiens, gloriosissimus Palladis Ascenius, & jam exultans Zamoyscie Universitatis, peracutum solvit argumentum: *Nihil novi reperiri sub sole* quod Principis Mitrâ redimitum, non capesseret Caput. Acuminosa difficultatum Dilemmata, cunctis opposuerat, soli Principi Alumno, non ausa infestis pugnam instaurare *sagittis*. Nullum exstabat folium quod Tuo vertici laureando non decerpseris; nulla syllaba, quam in syllabum encomiorum non composueris; nullus juris publici paragraphus, quem Themidis gladio Tuæ serenæ frontis non subjugaveris; adeò, ut stupuerit erudita Pallas, quod non ex Jovis capite tantum, verum & ex Principis cerebro, Minerva renasci potuisset, si cunas repetere voluisset. Quid itaq; Avita Palladis noctua ad solem Principis Ingenij? quid Atticæ noctes quæ felici omine ad Tuum virtutum splendorem in diem abieris? quid tandem fors atra fatorum deploranda, cum ad Odygiriâ *Prusorum* Crucem, lætam aspexerit lucem? Unicum hoc Principum in Ostrog doluere umbræ, quod illas inocciduo Virtutum Tuarum Phæbò, vix non extinxeris. Interim à Musarum paginis, Rosæ Tuæ Genæ Princeps Rosarum expalluere, quæ ad aspectum Ducalis Purpuræ, dum rosas floridi styli loqueris, jam cruoris sanguinei purpurissò irradiatus, cernebaris rubicundus. Immortalis gloriæ Cera, à Tuis cereis inclaruere, quibus meritorum posthuma, illuminarentur Phænomena. A Geographicis Mappis, innatæ Tuæ liberalitatis mappa, nunquam aliter, nisi extensa, non candidatum, sed Te hæredem omnium declaravit præeminentiaram. Verè *Prodigiösus Antonius* non emendicans, sed magnetica virtute attrahens, ipsa etiam recalci-trantia corda. *Antonius*, non *querens*, sed Cœlicarum qualitatum spargens prodigia. Antonius Princeps Anagrammaticè: *an Tu Sion* diceris? ita sanè: Divinorum colloquiorum per internas inspirationes quibus abundas, *Siones*. *An Tu Sion* Divini amoris Ætna, flammigeris æstuans ignibus? *an Tu Sion* Mons Transfigurationis, Mons gratiarum, Mons myrrhæ suavissimum pietatis redolens odorem? non responsa potest consultus reddere vates melius, quàm *Princeps Palatinus*. Antonius sum? ergo *sto in una*, dum immobilis Obeliscus munificentæ adoreris. *Antonius* liliatus, intaminatæ puritatis, singulari nitens candore, ad quem Ducale magis eminet Ostrum: quod à cognatis Lumina-

ribus Illuſtriſſimum, à Mitratis Principum ſaſtigijs clariffimum,  
 à Regiarum Purpurarum ſanguine Sereniſſimum, Feſtivo cultu  
 celebratur. Dum ſic ſuaves Principis Ceſſiffimi Lucina  
 explicuerit faſcias, jam vinctas porrigere manus Trabeate HO-  
 NORab Actoratu recede adū ſvadeo, *VIRTUTI* Principis polli-  
 ceor Triumphum. Ergo fors Sacratior Themis *monitaria non vi-  
 ſo robore, aggravationes, Inhibitiones, areſta, interdicta, cenſura  
 non relaxationes, non ſalvi Conductus vel Indulgentie* à Tuo Di-  
 vino Tribunali emanabunt! Meritum cauſæ cum ſit, in cauſa Ju-  
 ris meritorum Principis, gravi Sacraquè Judicij librâ, cum plena  
 libertate pondera, valorem examina. *Princeps Antonius* ſi ſic  
 in viridi florida juvenutis, ſemper qui dulcem latè diffudit o-  
 dorem, quid in arido meſſis DEO & Patriæ deſideratiſſimæ al-  
 tioris lucis! extremam aſſer manum *Sanctiſſime ſuperarbiter* am-  
 pliando *Principis Mareſchalci* Faſtigio, ſublimes inferre faſ-  
 tis, quod Nomen glorioſum, pretioſis ſibi emeruerat factis.  
 Honoris nimium nè crede colori, color non fulgor eſt; & ſi ful-  
 gor! ſed mentium excæcans acies. Ad ſolam Principis Virtutis  
 altitudinem erigere, & umbram lenocinantis Lucinæ, ad ſolem  
 geſtorum: radium rutilantem, ad præclariffimorum factorum  
 ſolſtitium: ſtillam deciduam inappretiabilem, Oceani JABLO-  
 NOVJ operum: mirare. Siccinè (ait Divinior Themis)

Divina  
 Themis  
 cum Elogi-  
 aſta diſcur-  
 rit.

ſpondeſ Atomos eſſe minutiffimas, alioſquè rectè geſtorum Te  
 velle indigitare Armenios montes Ducalis Encomiaſta! Nube-  
 culam grandes parturientem probitatis nimbos! Virgultam Ar-  
 boris proceræ Danielis, diſuſam in ramos pietatis! Ne dubites  
 (ait Encomiaſta) Tibi loquor falli neſcio *Superarbiter*. Indulge-  
 tantum plura porriget Trina Juridica Inductio, Principem vir-  
 tutis ſibi congenitæ (*cum ars altera dicatur natura*) Tuæ Judi-  
 ciali ſtubæ declarans JABLONOVIVM, *multiplici ac gravi te-  
 ſtimoniò Juratarum Perſonarum roborata*. Divina Themis: fe-  
 ſtivum nunc meum contemplare vultum: Palatina Poſnaniæ  
 Majeſtas Glorioſiſſimo orbata Polemarcho, Togato gravidan-  
 da ſætu, Gangetico adornanda unione, Diademate coronanda,  
 ſupplex Throno gloriæ meæ advoluta, Divinum exambierat  
 Numen: Quæ fors! geminum Tuum Virtus Mitrata fleſte ſyduſ!  
 nec Cœlites, nec Deorum ſublime Panthèon *Principi Mare-  
 ſchalco*, ſimilem porrexere. Arcanum interim ſub roſa cuſtodi-  
 to: contra Togatum Honorem dum *Decretum definitivum ſerri,  
 in ſcriptis promulgari, ac debite executioni demandari* expoſtula-

Divina  
 Themis  
 Virtuti

ve-




veris, ut ex sanctiori Delphico Tripode, hæc novâ præterde-  
cretalis emanabit pro parte aditanti ex directo mandato Principis  
Celsissimi decisio; Principem Mareschalcum minimè Ho-  
nori vœdigalem Sententiandum, quinimò Palatinæ Curulis fasti-  
gium, infra Mitræ Ducalis Altræ locandum.

Principis  
in secreto  
concla vi,  
favorem  
spondet; ac  
insuper  
Palatina-  
tus fastigi-  
um Eidera  
promittit.

Dabis veniam Princeps Palatine Fundator noster clementis-  
simè, si Eremitica Asceleos modestia, in hoc cè juridico Pro-  
cessu, Tullianâ facundiâ adumbratò, strenuè pro condignitate  
Tue Celsitudinis non decertaverit. Præbebit interim operam,  
ut DEO Volente pro Quo Sanctè, REGÈ conferente, pro Quo  
fideliter, LEGIBUS Patriæ adstimulantibus, pro Quibus hac-  
tenus dextrè steteras, Princeps Palatinus Posnaniensis ab Orbe  
Polono, & Familia Paulina, publicò homagiò adoreris.

HONOR contra: mox tamen ardentes, accingat dicere pu-  
gnas, se Sole fulgidissimo, virtutes etiam radiare; Nubem, Di-  
vinâ Justitiâ gravidam, ad cujus obtutum, Acheronteï vacil-  
lant animi. Urbem munitissimam, validissimorum catafractorum  
agminibus supatam; Montem, fatorum etiam inquietantium  
impetui inaccessibleem, Gyganteos non exhorrescentem assul-  
tus. VIRTUS replicat æternitati Divinæ coæva, rutilantius  
meridianum Jubar, cujus ad ortus noctis (peccatorum) opacæ,  
decus omne fugit. Hic, tegitur cæca ferrugine Phæbus, nocet  
dum nimium fulget; Hæc dum accendit æltuantia igne Divini  
amoris corda, furoris cælestis, ac fatuos superbiæ flammigeros  
extinguit rogos; ad honoris ut solis fervidum ardorem, niveus  
virtutis liquefcit candor, à cujus nitore mortalitas, fit candore  
notabilis ipso. Virtutis alnum lumen, Nubes est, non ut agna-  
tum ducens nimbium lacrymarum, sed placidissimo rore peren-  
naturæ gloriæ, irrigans arva. Nubes inquam Divinum ambiens  
Numen. Urbs fortitudinis florentissima. Civitas Supernæ Jeru-  
salem, cui benedixerat Dominus. Mons Sinai Divinæ Consi-  
storium Sapientiæ. Arca fœderis inter Deum & Hominem A-  
damas incorruptus, flammis ferrèquè invictus, splendidum Divi-  
nitatis decus. At hoc cè Honoris Virtutisque litigium, prælimina-  
re tantum est Princeps Celsissime, Honoris Palatini fastigiò, im-  
perantis Virtutis Tuæ: Sacratiori verò Themidi, in causa Juris  
meritorum Tuorum, Elogiastica penna jam primam inscribit in-  
ductionem.

Honor &  
Virtus ante  
limen Di-  
vinæ The-  
midis con-  
certant.



Inductio I. Fluant Oratorij fontes, æstuantis pennæ sitim, *Princeps Pala-*  
 Palatinum *tine* in Tui præconia temperaturi, nè levioris styli rea, pænam  
 Honoris ruboris, ad aspectum Ducalis Purpuræ, luere compellatur. Ast  
 Fastigium intrepida mente esto Ducalis Encomiasta, dum Pomianum  
 infraMitræ **BRONISZOVIVM** caput, totum aurum optimum, pretium  
 DucalisAl- auget fandi, ensis acumen ministrat, funestumquæ tacenti minatur  
 tum locan- occasum. Falx Peravita **JABLONOVIA**, sibi cuncta flectit in  
 dum, quia pro DEO adorem, **SANGUSZKORUM** Pogonia, oratorios renuen-  
 & fideSan- tem conatus, veloci insequitur Sonipede. Interim ne dubites,  
 Et. adfitquæ Tuæ fiducia formæ *Princeps Palatine*, non minus erube-  
 scere in Panegyri calamum, quam Honorem Trabeatum, quod  
 nullum ad mensuram *Tuæ Celsitudinis*, bombicis extenderit fi-  
 lum, quin prius Tuus illud neverit amor meritorum. Minimè ta-  
 men Oratorias suspicor ingenuas erubuisse genas, dum candida  
 Oloris **DUNINIANI** Penna, non nisi candidæ mentis porrigat  
 factum. Paulinus Corvus licet atro investiaturo colore, lymphas  
 tamen crySTALLINAS, quas continuo terra (a) sorbebat in lucidissi-  
 mam convertit sepiam. Candidus cætus, candidi pectoris dat  
 documenta, in virescenti Palma, florida semper affectuum ex-  
 pli-

(a) S. Hier.  
 in vita S.  
 Pauli Pri-  
 mi Erem.

plicans folia; quæ, quò majore gratiarum Tuarum irroratur vi-  
 gore, eò fertilior ad progerminandos encomiorum fructus. Cla-  
 ro-Montanum **MARIÆ** Solium ab Augustissima Universi Re-  
 gnante in Tuis præconijs celebrandis, suam desumit authorita-  
 tem, à Throno Imperantis Poloniarum, acturum Cancellarium,  
 Tuorum favorum placidis illustratum radijs. Hyperbolicos non  
 leges applausus, cum ad assequendam *Sacratioris Themidis*  
 gratiam, in Tui honoris vindicandi merito, intra sphæram veri-  
 tatis, Oratorias periodos figere, sit necessum. Non phaleratæ di-  
 ctionis spectabis pompam, sed quod Tua merita porrigunt, id  
 publico dijudicandum præsentabitur conspectui. In **SAN-**  
**GUSZKORUM** celeri Pogonia, benedicente *Prussorum* Per-  
 avitâ Cruce, Tuum ad propugnandum festino honorem, Pala-  
 tinum fastigium, infra altam *Celsitudinis Tuae* locaturus, cum  
 pro **DEO & FIDE SANCTE** in Antenstoram Tuorum, ac  
 propriis gloriosissimis operibus, decertaveris. Jam:

Confurge! *Prussorum* gloria, Martyrum Poloniæ Antesignane, <sup>Sanctorum</sup>  
 propriò cruore purpurate, Præfulum Tiaræ inappretiabilis unio, <sup>descenden-</sup>  
 Regni coronarum Adamas nitidissime **DIVINISSE** **STA-** <sup>tia & ne-</sup>  
**NISLAE** Martyr, Antistes, & Patronorum Regni Primas ac <sup>xus cum</sup>  
 Princeps, Arboris **JABŁONOVIAE** in Sanctitatis gradu pri- <sup>Principe</sup>  
 micerie stipes. Parce interim Athleta Christi invictissime, quod <sup>JABŁO-</sup>  
 Te (ut olim Petrovinum) è Sepulchralibus evocem Antipodis. <sup>NOVIO,</sup>  
 Ast qui casus, qui modus loquendi! profectò graves edidit lin-  
 gua mea sonos! ut Petrovinum Te è mortualibus excito um-  
 bris! absit: cum hic Divinus Martyr vivat Victor sub gladio.  
 Vivit inquam: hæmatites inestimabilis Martyrio Sanguine ru-  
 bricatus; Unio purissimus intaminatæ conscientiæ, urbi & orbi,  
 nitida dans documenta. Vivit adamas inconcussus, coronis Re-  
 gni adaptandus. Viret, quia stipes hujus Serenissimæ Regibus  
 fæderatæ Arboris, **SZCZEPANOVIVS** planta Cælestis, **JA-**  
**BŁONOVIO** inserta Viridario. Excrevit procera, quam ros  
 Divinæ gratiæ efficacis semper irrigaverat, Peravitum aureum  
 Campum Amoris Divini vertice ipsum Thronum sublimem  
 summi Regnantis pertingens, ac patulis meritorum protegens  
 comis. Fixerat peroptimè radices sanctimoniam, hæc benedicta  
 Innocentij IV. verè innocens Arbor, **STANISLAI** semper  
**STANS LAUS**, nunquam è Pomario Sapientiæ Divinæ ex-  
 cludenda, æternum tenens per sæcula Nomen.

Secundus, secundo omine & ordine sequitur **JABŁONO-**

**VMS** ramus, Divus Adalbertus Archi-Antistes Gnesnensis, *flor*  
*Rosarum in diebus Vernis*, è Pragensi, Sacrationi Lechico trans-  
 plantatus solo, Martyrio purpuris adstat Togatus. Ter beatus  
 Adalbertus, triplici candida Magdeburgensi, Pragensi, Gnes-  
 nensique redimitus Tisrâ. Verissimus *Poraita*, sublimè Perfectio-  
 nis Præsulez decus, specimen Sanctimoniz, speculum intamina-  
 tæ puritatis, *flans in auge* Cælestis gloriæ, beatâ visione laurea-  
 tus. *Poraita* vocitandus Adalbertus! per optimè: Vir enim  
 Consiliorum, Cæleste Oraculum, vix non ipsa mens Divina o-  
 mniscia nuncupandus. Roseus Princeps omnibus dignus inde-  
 lebilibus Superùm factis ingrossandus. Veram: Nube repulsâ  
 tristitiæ, lætos hilarabant gaudia vultus Sarmatarum, Martyris  
**GAUDENTIJ** liberale sanguinis proprii diluvium, Quem itâ  
 Divo Archi-præsuli **ADALBERTO** sanguinis conjunxerat  
 propago, ut passio & dignitas Archi-Antistitis, eosdem verè fe-  
 cerit esse germanos. Gaudia tulit Sarmatiæ **GAUDENTIUS**,  
 aut **THEOPHILUS** Deo charam se exhibuit hostiam. Eiusdem  
 Archi-Cathedræ Pastor sollicitus, dum ab honorum illicitis, ex  
 hocce procelloso mari, ad portum salutis sub Remige Christo,  
 Labarò Crucis expansò militaturus, ac triumphaturus à Cruce  
 Pontificia ad cruces Brunonis terrificas (b) contendit. Nescivit  
 in **THEOPHILLO**, tarda molimina Spiritûs Sancti gratia, dum  
 Camaldulenzæ se tradidit Diviniori Palestræ erudiendum, ut Doc-  
 tor Classicus ex Asceticis antris per Mundi deserta, eò vocali-  
 us sonò gratiarum, resonare quiret. Quem cum Divinus inflam-  
 maverat ardor, Brunonis non exhorruit frigora brumæ. De-  
 serta montium cacumina petijt, ut Apocalypseôs mysteriorum  
 actualis intimus Secretarius, ab Orbis Imperante crearetur. Nec  
 videntissimum Archi-Præsulem vicit Purpuris Natalis decore  
 Præsul Cracoviensis, Beatus **VINCENTIUS KADZUBEK**.  
 Noverat hic etiam cornuta Cracij capita, Divinæ Themidis ple-  
 cti gladiò, sitire hianti Mitræ ore Divinam clementiam, cornua  
 Infule ferire Caput, ejusdem splendorem unicâ mortalitatis la-  
 befactari maculâ; quare ne per invidiam erebi vineam corrup-  
 peretur, mellissus regitur effarò, candida Bernardi regitur ve-  
 ste, velut puritatis symbolo; pullâ, blandienti & fallibili mundi  
 vanitati, Trenos Jeremiæ lugubres decantaturus. Nec in solo  
**VINCENTIO** victoriam celebravit Militans Ecclesia: sed &  
 in alijs *Poraitis* odorem innocentiz explicantibus. **MICHAEL**  
**GEDROCIUS** Principum Lithvaniz immortalis gloria, exul-

(b) Bruno  
 terror ex  
 sui Ethy-  
 mo.

tans

tans insonat. *Quis ut DEUS*, qui scutum sui Nominis pro Galea, Mitram commutavit pro Corona. Finijt primi prædicamenti negotium salutis, B. JOSAPHAT KONCZEWICZ Archi-Episcopus Unionis Græcæ, unio Ecclesiæ pretiosissimus, qui dum græcâ ignorasset mercari fide, ipsius Increatæ Sapientiæ Coronæ adaptatus. Accessit ex unione Rosæ, decor Poraitarum Prosapiæ in ADALBERTO MECINIO qui non Vestalium fatuos, sed Sacros Ignatij accenderat ignes, fulgidissima perennaturæ Beatitudinis luminaria. De hoc canit Apollinis Musa: *medio quæ solis adusta colore; ponit deciduo pendula flore comas; dum Victor intrepidus, festivos erexerit ad sydera vultus.*

Hucusq; *Princeps Palatine*, Ecclesiæ Poraitarum tortilibus sertis, omne rubebat iter, purpuratam in ADALBERTO clausit corollam: quæ unde pullulaverit ut sublimem JABŁONOVIORUM tetigerit Arborem, inquiris? *Rosa*: Corona Arborum esto. Scintillantia verè cælica suspexere luminaria, *homines velut arbores* quas roseo redimivit sermo, Rosa DAMBROVIA, AGNETIS clarâ nomine, Agnum immaculatum cum JOANNE JABŁONOVIO velut Præcursores, in æternitate, digito innocentiae manifestatura, *eum facie ad faciem non in enigmate* adoratura. Et quia hic flos Jdalius JABŁONOVIAE junctus proceritati, ideo crevit in altum præminentiarum, in ZALESCIJS per Filiam JOANNIS & AGNETIS JABŁONOWSCIORUM: per KONARZESCIOS, ac Principissam Capitaneam Kovelensem è MYGIELSCIJS genitam, quæ ex Inclyta KONARZESCIORUM Prosapiâ, ut viretò deliciosissimò, effloruerat. Ex inde est quod Rosa Beatorum Poraitarum, coronet JABŁONOVIOS, præsertim *Te Roseum Principem*, pietate ac vitæ sublimitate Cælum attingentem, cui sanguineo furore corruscanti flos Poraitarum, rosea spondet æternum sæcula.

Roseum pometum florentissimum linquens Peravitus Goleńczyk, dextrâ (e) Falcem arripit, manipulos JAGIELLONICOS, in D. CASIMIRO demetiens, celeberrimæ Orbi Christiano San&imonix. Manipulus electis granis repletus JABŁONOVIA succiditur falce, cui unicæ Superi hoccè gloriæ indulserè privilegium, ut eò facilius alter Genesèos Sarmatiæ manipulus, DEO & Patriæ honoris exhiberet tributum. Neg

abfimilis cultura ex JABLONOVIO fruteto ramus S. HE-  
DVIGIS Pientiffima Poloniarum Regnatix, clamor et laudatio  
Divinarum implorans affluentiam gratiarum, nè Cæleſti deſtitu-  
ta vigore, velut infructuoſa, Divinæ Nemefis gladio exſcindat-  
tur. Implet ſyllabum ELISABETH DEI Paramentum  
Jucundiſſimum, in quo ſibi ſummus Cælorum Monarcha com-  
placuerat. Nec minùs complacuiſſe cenſendus HENRICUS  
D. HEDVIGIS Filius gratioſus, DEO Martyrij aggratiatur  
cruore, ad cujus purpuriſſum ſæva Tartarorum erubeſcit trucu-  
lencia. Nec mirum, quod cum mundus fit theatrum belli,  
GERTRUDIS *conflictum* præſagiens ſui nominis vocabulo,  
contra triplicem acerrimum hoſtem, felici omine caperit & ter-  
minaverit, dum è Trebnicenſibus faſcibus, faſtis Sanctorum,  
victrix ſui ipſius & hoſtis laureata, fit inſerta. Geminum Princi-  
piſſarum fructum, excelleſe Arboris ſuſcepit, gaudens ætherea  
menſa, in CUNEGUNDE, altera ELISABETHA, gemina-  
tam ſpondens ſummæ Triados virtutum affluentiam. Arriſit  
Divino palatui, hic neſtareus animatæ plantæ partus, in DON-  
HOFFIIS, DANOBORſCIIS, SZAMOTULſCIIS,  
SIENIAWſCIIS & TARNOWſCIIS cui Divina benedi-  
xerat dextra: *creſcite honoribus, multiplicamini* æthereis in oris  
Natalibusquè arvis. Irriguis Divinæ benedictionis dum inun-  
datur lymphis, ut cedrus exaltata ſuper Montes Libani, adhuc  
Cæleſte altius attigit Panthéon. De AUGUSTINI deſertis præ-  
tioſiſſimum ſemen ESAIAS BONER, opinione ſanctitatis pu-  
beſcens, Auguſtali Cælicò ingroſſatus, Propheta moderni ſæcu-  
li ESAIAS BONER qui benè vaticinari noverat. Tetigit  
Empyrea ſydera vertex hujus excelleſe Plantæ, è cujus apice  
conſcendit gloria Lechicæ Juventutis, ſpes Patriæ, columenq;  
Noſtri, D. STANISLAUS KOSTKA. Nec mirum quod con-  
ſcenderit, præterquam enim quod: *facile equitet quem gratia DEI*  
*portat*, verum nequit proſectò non aſcendere, cui falx peravita  
planum, ſolea tritum, ac tandem Crux benedicit iter; irriguas  
dulci torrente radices, Sol Divinus accendit, ut maturiores pro-  
germinaret fruges. Affulſit meridianum cæleſte ſyduſ huic  
excelleſe cedro, in Beatis Martyribus ROMANO I. Roſtkovien-  
ſi, & DAVIDE Morano Principibus, cui nullam rutilantis inno-  
centiæ ſplendoris interpoſuère moram. Moram inquam non ad-  
miſère, quam nec in HIACYNTHINO experta Sarmatia fra-  
grantiffimo flore. CESLAI verò integritati, intaminato Can-  
do-

Collegium  
Societati  
Leopoli  
Majori ex  
parte au-  
xit, ac Mo-  
nasterium  
Phragæ  
fundavit.

ardore, dum Ignatijs Leopoleos ignibus, zelo animarum succen-  
sis fundationis alimoniam majori ex parte ministraverit, ac Se-  
raphicum Phragensem excitaverit Vesuvium: æquali libra no-  
verat librare libertatem Regni, & Societatis honorem, dum  
pro utriusque tutelâ infractus steterit Hector. Cælestes Flam-  
mæ, ne adversitatum Aquilonaribus extinguerentur ventis, po-  
sunt Ecclesiæ, & Religioni fidissimos cultodes JOANNEM,  
ALEXANDRUM, STANISLAUM. Primogenituræ or-  
dine, & summâ dignitate fulgentem Sarmatiæ, adoro Palatinum  
Russiæ, JOANNEM STANISLAUM JABLONOVIIUM,  
quem ne tristes erebi impeterent sagittæ, Diviniori Indiarum Sa-  
gittario in Leopoleos Basilica, pietatis instaurandò fanum, pla-  
cationis obtulit Aram. ALEXANDER ut ad ædificationem  
surgeret Excelsa JABLONOVIA Profapia, in sacras ædes, ver-  
tit cum animo manum, ut qui immortalitatem Nominis in  
campo Martus promeruerat, Templâ erexit, quò facilius Cælos  
sibi haberet domesticos. Alter Lechiæ Salomon STANI-  
SLAUS Palatinus Russiæ, ut Jhe DAVIDIS, sic magnæ memo-  
riæ Parentis, Hic Seraphicis in sanctiori Phragensi delubro, in-  
structis ædibus, imperfectis nihilominus, imposuit coronam. Ast  
cum laudata virtus crescat tantæ munificentæ, Eidem Trinum  
perfectum Divina dicavit Sapiencia, in STANISLAO VIN-  
CENTIO Principe Palatino Ravenfi, Magno Genitore Tuo  
*Princeps Celsissime*, in JOANNE PALATINO Bracslaviensi,  
ac in DEMETRIO Capitaneo Kovelienfi, Celsissimis S. R. J.  
Principibus.

Trinum  
perfectum  
in tribus  
Magnæ  
spei Filiis.

Pars I.  
Tomi I.  
Trini per-  
fecti sive  
Princeps  
Palatinus  
Ravenfis  
Parens  
Celsissimi  
Principis  
Fundatoris

Primus summæ perfectionis, & claritatis, hujus Celsissimæ  
Triados Tomus, Divinò exaratus digitò, cui Arbor JABLO-  
NOVIA folia porrexerat in paginas, Paulinæ Asceticæ offertur  
legendæ: *Princeps Palatinus Ravenfis, Parens Tuus Princeps  
Mareschalce*, cui dum se obstructam profiteri minimè erubescit,  
sinuatò poplite, eum etiam in umbris Palma Eremitica adoratu-  
ra, erigitur. Cujus primum dum explico folium, Sanctitatis re-  
dolentiâ, folia Tomis tumescencia implet. Quantus enim Di-  
vini cultûs in Eo eluxerit fervidissimus zelus! virtus VINCEN-  
TIJ vinci nescia, ipsa pro DEO victrix Bellona gloriosa. Nec  
mirum: FERRERIUS fuerat, facile ferreas, novit infringere  
catervas. Pro DEI Gloria verior Divinus Annibal, qui non  
ferro immisericordiæ, sed auro charitatis, incessit catafractus.  
Centoculus Argos, militantium pro Fide armorum Dux provi-  
dissi.

dīssimus, sanctiores Fidei statuit Præsidiarios, velut in Elisis  
 Nizniouiensibus Pokutiæ campis, ne Sol æterni Luminis, Cæ-  
 lo Sarmatico inocciduis, ab Ottomanica Luna atram patere-  
 tur eclipfin. Unde ex plano Nizniouienfi hemisphærio, velut  
 ex evidentibus præmissis, cor VINCENTIJ sine fūco concludi-  
 mus. Et qui ore & corde candidus fuerat, candido choro pa-  
 trocinari non recusavit. Noverat peroptimè munificentissimus  
 Fundator, Corvum subindè pertesum obsequij dolos metentem,  
 quare ne fallere videretur, suâ liberali dextrâ, amplissimæ fun-  
 dationis divisit, qui & *cognitus* Benefactorum maximus *in frac-*  
*tione panis.* Nec impransos liquit Carmeli athletas, qui  
 bus cor suum amore refertissimum in cibum obtulerat. Hlinic-  
 cianum instruxerat campamentum, ad Volhyniæ populi, amoris  
 & virtutum armis conterenda capita. Pietatem suam, tot instru-  
 xerat theatris, quot Templis, renuens latius patere Orbi impe-  
 rio, quàm sinceritatis erga Divos amplitudine. *Grandis restabat*  
*via* quia perennitatis Sacræ Elianæ Familiæ, minimè tamen an-  
 xia, dum *Princeps Palatinus*, è liberalitatis suæ promptuario, ei  
 promptè ac perabundè providerit. Heros Divinus, ani-  
 marum velut spoliatorum avidissimus, *Princeps Noster*, Sacrum  
 fitiensq; cruorem, supremo Regnanti eundem litaturus, Ignatij i-  
 gnivomos cælestes coacervavit Ascanios. Arces Christianæ  
 Palladi ita extruxerat ut in Miedzyrzecensi & Biało-cerkwensi  
 zodiaco, Ecclesias instaurando, Divini amoris Sacras accende-  
 rit Ætnas. Quare in seras annorum myriades sui Nominis æ-  
 thymo ignescens Societas, triumphales æternum JABLONO-  
 VIO Nominis excitat ignes. Libera Schola, mediam scientiam  
 acerrimè propugnando, humanam quidem tuetur libertatem, se-  
 tamen totam quantam *Tuæ* Profapiæ *Principis Palatine Posna-*  
*niensis* obsequiis dicandam, necessitati fatetur. Et dum se  
 Princeps STANISLAUS jam totum Divino mancipasset cul-  
 tui, cor primum vivens, & ultimum moriens, primo quidem vi-  
 venti, alt nunquam ut DEO morienti, supplex Leopoli mise-  
 ricordissimo offert Christo, alter Joseph decorum præparans  
 reclinatorium. Hoc solo felicissimum se ratus, ex Felicis à  
 Cantalitiò Arâ, felicitatis æviternæ sibi affulgere prognosim.  
 Magno Martyri Nepomuceno sanctius in Carmeli culmine fi-  
 xerat delubrum, ut, his vireant, floreant, celebris præconia famæ.  
 Parochialis Krzywiniensis Divina ædes, Cæleste nunc Panthéon  
 incurvatum corruisset, ni Golenczyk JABLONOVIVS suæ

Ordinis S.  
 Pauli I. R.  
 remite  
 Fundator.

Ordinis  
 Carmelita-  
 rum Reli-  
 giosorum  
 Fundator.

Soc: IESU  
 Religioso-  
 rum Fun-  
 dator.

Ecclesias  
 labentes  
 erigit, Ca-  
 pellas A-  
 ras extruit



protectionis ei supposuisset pedem. Calcavit mirā largitate Orbis Coronam, ut supernæ Urbis increatum nitorem illustriorem assequeretur. Verūm redeat Principis Encomiorum Nucleus, unde ut ex radice pullulaverat. In valle Nizniovia foderat pietatis fundamentum, ut ad fastigium incorrupti Diadematis, ex Monte Claro, post sui humiliationem erigeretur. Scandit Celsissimus, simul Humillimus Crucis Christi bajulus, ex valle quasi Josaphat, ad gloriæ cacumen exaltandus.

Celsissima  
Principissa  
ex Broni-  
szovius JA-  
BLONO  
WSKA  
Palatina  
Ravenfis  
Fundatrix

Pars altera ejusdem Tomi I. Trini perfecti digito Divino exarati *Principis Palatini Ravenfis, Celsissima Principissa* ex BRONISZOVIIS DOROTHEA JABLONOWSKA Palatina Ravenfis Fundatrix Nostra munificentissima, verè *Donum DEI*, portentum Naturæ, prodigium gratiæ, quale dabunt vix sæcula Numen. Nec immeritò: BRONISZOVIUM enim, Magnæ spei caput. Vinculò Sacramentali *Principi Palatino* juncta, aliarum Familiarum, pulcherrimo nexu Sanguinis, sibi adauxit decora. His tamen, majora prudentiæ ultra Jovem, venustatis ultra Minervæ, virtutum speciositatem, ultra plures magnæ æstimationis Pulchrias, toti Lechico Orbi contemplanda, & speculanda porrexit Capita. Nihil novit hoc Pomianicum concipere caput, nihil oculi modestiam præferentes, aures audire nihil, quod Divini non spiraret amoris fragrantiam. Neminem egentium BRONISZOVIUS à mensa sua rejecit Mucro, neminem læsit, quinimò Charites ex vultu Ducali emicare, velut radij videntur. Sinè assentationis vitio, *Judith* fortissima novi testamenti Lechiæ adoranda, Peravito acinace, non unius, sed septem Caputum Infernalium debellatrix, capitalis vitiorum osor, nec unam gloriæ sibi vendicans Capitis coronamentum. Pijssimi doli *Dalila*, non ferocientem clavum, sed BRONISZOVIÆ probitatis, effrontibus frontibus infigens *ensem*. Hæc imperterrita devotissima *Esther*, summi Regnantis jejunijs ac precibus placans Majestatem. Unde summæ perfectionis effigi ei, intaminati candoris decoro simulachro, sit *Principi Celsissimæ*, pendulus à Pomianeo ore circulus, in Terris, arha non oblitterandi Nominis, ac simul immortalis gloriæ, & coronæ.

Illissimus  
BRO-  
NISZ  
Palatinus

Securitatem Coronæ, quam virtutem sibi pretiosissimo Archabone, desponsaverat Celsissima Fundatrix Nostra Clementissima, exambit in uno è mille BRONISZOVIIS eandem


capiat. *Tradiderat Mundum Sapiētia Increata disputationi ho-* Posnaniens-  
sis Ordinis  
Cisterci-  
ensium in  
in Mona-  
sterio Pa-  
radisiensi  
Fundator.  
*minum, sine conclusione exstantis Paradisi, desudavēre dogma-*  
*tifantia acutissima ingenia, Phisonis aureus latex, nequibat pre-*  
*tiosa despumare argumentorum vocabula, donec JABLONO-*  
*VIUM ē BRONISZOVIIS Caput Palatini Posnaniensis,*  
 subtilissima ratiocinia pro ejus reali existentia, acuminosas eti-  
 am mentes convincētia, suppeditasset. Ast superflue: cum ex  
 reali entitate, realem Paradisi Bernardei dari existentiam, solē  
 clarior inferatur conclusio. Solvit doctior *Hic Sarmatiæ So-*  
*crates, dogmatifantium Dilemma: vel novit BRONISZOVI-*  
*UM Caput existere Paradisum, vel non? Nolle, se ultero fatetur:*  
*dum & Angelum DEI, districtō acinace prohibentem ingres-*  
*sum, ad inducendum Cisterciensis Familiæ mellifluum Proto-*  
*parentem, suā victrici BRONISZOVIA represserit dextrā.*  
 Non nosse se negat: dum Omnipotens Divinus operatorius  
 sermo, excelsam ejusmodi cessaverit conservare structuram,  
 sicquē ruere cæperit, BRONISZOVIUM nunc idem JA-  
 BLONOVIVM Paradisiensem instaurasse fabricam, liquidō  
 constat. O! ter Beatam Tuam *Celsissime Palatine* sortem,  
 dum Posnaniensi horizonti, hic Bernardeus Paradysus, melle  
 scientiarum, & lacte candidæ ejusdem probitatis inundatus, sic  
 infertus, fluviorum Capitalium nitidissimis irrigabitur lymphis,  
 virentissimum JABLONOVIVM Pometum irrorabitur, unde-  
 quaquē alluent, Cælo gratissimi amnes. Cunctipotens BRO-  
 NISZOVIA dextra, Divini Adæ Bernardi plasmatrix, forma-  
 vit adiutorium simile ei sacram Matrem Religionem Virginem  
 simul, velut alteram MARIAM, purissimo sanctimoniam candore  
 nitentem, Filios BRONISZOVIIS & JABLONOVIVS  
 nutibus pariturata. Plantaverat hoc ferrum, & arborem vitæ,  
 crucem videlicet *Prussorum* Profapiæ Gentilitium decus. Ar-  
 mata dextra, Angelus est, vibrato gladio rebelli insurgentium  
 impetui, truce vaticinans ruinam, amica amicis, inimica ini-  
 micis: soli *Principi Celsissime Palatinæ* Raveni Dominae Cle-  
 mentissimæ, Fundatrici Gratiolissimæ, Honoris, & Fortunæ sti-  
 pulatas porrigit manus, Ejusdem desiderijs parituras.

Partem III. perficis ejusdem Tomi I. Divini operis, *Celsissi-* Pars III.  
Tomi I.  
Trini per-  
fecti Cel-  
sissimus  
Palatinus  
Posnanicus  
*me Princeps Palatine Posnaniensis* Fundator Noster Amplissime,  
 Sanctimoniam & pietatem explanantis. Clausit jam extremam  
 lucem Celsissimus Parens Tuus, Apocalypticō quasi præsciō

spiritu consimilem sibi, in Te aspexit, probitatis Diviniorem  
Cleanteam lampadem. Ignoro planè, quid Orbi Polono &  
Paulino, queat esse gratius, facundiæ dulcius, quam nonnihil  
Tuarum suavitatem virtutum delibasse, quæ Divino arrisit gu-  
stui. Sanè: non tot fuère in Capitolio simulacra Heroum, in  
Pantheo Deorum Capita, quot in Cordis Tui Sacrario, præcla-  
ra meritorum fana. Raptus ad sui aspectum palpebras, intamina-  
tus mentis, ex delicatissimæ conscientiæ latice enatans *Candor*;  
quem continua vultus pandit ferentitas. Movet in admirationem  
iuncta Celsitudini *Humilitas*, quâ, eò magis elevaris, quò ma-  
gis pronus cunctis inflecteris. Trahit animos omnium, fecunda  
virtutum Parens *Pietas*, quæ Hyponensis Aurelij, aureum cum  
Superis, celebrat soliloquium. Accendit ad suæ visionis Beatifi-  
cæ desiderium, fervidus Divinæ gloriæ promovendæ *Zelus*,  
quem luculentissimè loquitur Niziovienſe Desertum, à Tua  
Fundatrice dextrâ desertum minimè. Ad hæc mentes, linguas-  
quæ intendunt solitarij Ascetæ, Tuæ verò Munificentæ exiguus  
labor suppeditare ceroma, ut pro honoris Tui alto agilius de-  
certarent. Et hoc est: *Probitas* sine fūco vanæ gloriæ, quod  
prodigiosum; *Amor DEI & proximi*, sine cerussa assentationis,  
quod gloriosum; *mens sincera & doli expers*, quod Sanctum,  
debito celebratur cultu. Princeps Sacrorum rectè dixeris: cum  
nihil sit, quod pro DEO & Ecclesiæ nitore non impenderis. à  
Ducalis splendore Tiaræ, Aræ suam attrahunt fulgorem, quas  
vel fundaveris, vel collabentes restauraveris, vel pretiosa supel-  
lectili ditaveris. *Prodigiosum* Te præterea Lechia suspicit *An-  
tonium*, cujus signum indubium, gratia miraculorum. Nonnè  
Sarmatarum mortalium Dive, *Princeps ANTONI*, res famæ  
perditas, Tuo æquissimò judiciò semel restitueras, pristino reos  
donans honoris! nonne mortuos, idest jam jam morituros, re-  
cretatos, sententiatos, vitam condonando, ut ab inferis revò-  
caveras! nonnè cæcutientes sive lumine scientiarum destitutos,  
probæ educationis lucem impertiendo illuminaveras! nonnè in-  
quam claudicantes, idest inopiâ laborantes, necessitatibus eo-  
rum succurrendo, rectè ambulare feceras! Ita est: ergo cum  
gratia miraculorum sit Sanctitatis indicium, *Principem Te Pa-  
latinum* excelsò ejusdem pollere gradu, concludendum.  
Hoc interim pro corolla advertite *Princeps Mareſchalce*, quod  
utriusquæ fortunæ arbitrum, postea-quam hunc miraculosum e-  
legeris Paduanum, ac veneratione non interruptâ Tibi feceris  
do.

domesticum, jaculum vel leve in Patria, & Tua Profapia ho-  
spitari, novum miraculum foret. Hoc Nomen gratijs refertissi-  
mum, innumera Tuæ probitatis fert argumenta; quæ omnia si  
elogiastica apprehenderet palma, palmam victoriæ ex aditan-  
te Principali Actore, HONORE nempe reportaret, quod Tibi  
non habeat Orbis, specie, & factis, & probitate parem. Sum-  
ma Theologica nucleum encomiorum claudat. Theologorum  
axioma est: *conservationem continuam esse productionem ac no-  
vam alteram creationem*, ergo cum à Fundatrice, ut prima Cre-  
atrice Dextrâ Niznioviensis, & aliarum florentissimarum plan-  
tarum, Magnæ memoriæ *Celsissimi Palatini Ravensis* Parentis  
Tui, hucusquæ sanctitas inferebatur: Te dum suum Conservato-  
rem, velut, alterum novum Creatorem, Trias Religiosa adorat,  
pro *DEO & Fide Sancte* decertantem, Divinæ Themidis Areo-  
pago, probatam, porrectam, claudit Inductionem. Jam:





Inductio  
II. Palati-  
num ho-  
noris falli-  
gium &c.  
quia pro  
REGE si-  
desiter.

Sanctitatem, & Fidelitatem *Princeps Judiciorum Stuba*, me-  
tam properare ad unam: quod enim erga Divos Sanctè, hoc  
erga Imperantes fideliter fieri, perbellè dicitur. Unde ergo *Tus*  
*Princeps Celsissime* intaminata Regnantibus probanda fides  
magna quidem peto Phæton, ast minutissimæ etiam apes al-  
tum evolant, floribus insidunt varijs, rorem quem madentem  
ore legunt; Phebæa dubios explorans lampade fætus, Cælo-  
rum petit penetralia. Volucrum Hyblæam ob humilitatem Re-  
ligiosam me crede, Polonæ tamèn Aquilæ pallum, intrepidâ  
mentis acie, Te fulgidissimis luminaribus radiantem Phæbum,  
intueri contendentem, benevolè indulge. *Fidelitatem* Tuam in-  
temeratam Majestatibus, è Sangvinis nexû, cum Summis Eu-  
ropæ & aliorum Regnorum Imperantibus, SERENISSIME  
quia SERENISSIMIS fæderate *Princeps*, arguam. Norunt  
Augustissimæ & Serenissimæ Majestates, JABLONOVIAM  
Arborem, Sacratiorum esse Apollinis Lotonem, ædibus peren-  
natori Nominis construendis accommodam. Ex hâc, Serenita-  
tum sublimissima Augustalia, Deorum Pantheon, Orbis Capi-

tum

Saxonie  
Electores  
fœderantur

tiâ repleturâ. Liliûm virentissimûm MARIA SOPHIA Principissa Poloniarum, hodie Galliarum Regnatricis fortunatissima, gratiam ab ANNA JABLONOVIA, vitæ & virtutis derivavit. Germinaverat hæc Gloriosa Arbor, non jam *Infantes*, sed *Grandes* Principissas Hispaniarum, in MARIA, ELISABETHA, & quibus Neapolis, Emporium Gloriæ sibi vendicaverat. Latè patientes dispersit frondes, quibus fronduere Saxonie, nunc Poloniarum suprema decora, in MARIA, AMELIA, & ELISABETHA, MARIA Sorore DELPHINI, primâ Regi Hispaniarum & Siciliae, alterâ, Philippo Hispaniarum Principi, vinculo Sacramentali conjunctis, Per DONHOFF Palatinum Polocensem, ALEXANDRI JOANNIS JABLONOVII M. D. Litt. Vexilliferi Fratrem Amitinum, vitales trahentem Spiritus ab HENRICO & SOPHIA GEORGIJ Margrabij Brandenburgicæ Filia, ex ÆMILIA à Principibus Saxonie genita. Nec fixit terminos Genesios in Saxonie Paradiso Augustissima multipalmaris JABLONOVIA Arbor, dum ex CHRISTINA, ERNESTI Principis Saxonie Filia, Regi Danie, floridum progerminaverit palmitem, ELISABETHAM, JOACHIMO Electori Brandenburgicæ, indissolubili vinculo obstrictam. *DEI paramentum* ELISABETH, Palmes JABLONOVIVS fecundissimus, gratiam in ANNA, *omnibus digno* ADALBERTO Megapolitano Principi procreaverat. Decerpserat KIETLERIUS Princeps Curlandicæ, in ANNA Filia ADALBERTI, velut ex palmitibus fructum, ex quo secundus, secundo omine redolens gratiosissimus GOTTARDO effloruerat, quem ALBRICHTO RADIVILIO, Celsissimæ plantæ, arrhâ individue societatis, desponsavere. Nec *gratiosus* JOANNES RADIVILIUS sine Gratia fuerat ANNAM, SANGUSZCIO ex RADIVILIIS Avo ex Matre, JABLONOVIE Palatinæ Novogrodensis univit societati. En itaque Proceram Arborem, ut quæ ad Danie Viridaria, in JOANNE REGE, patulas diffundentem comas.

Raritatum avidissima Electrix Brandenburgicæ Electores & Reges Prussia in hac planta gloriantur.

VIIUM Fructum, de pomis exultationis largiens, elegit Electorum, Regumque Prussiae delicatissimis instruendis dapibus, ex DONHOFFIIS in ALEXANDRO JABLONOVIO Vexillifero Regni, utpotè Fratrem Amitino colligatis; ac post modum eidem ALEXANDRO per THEOPHILAM ex GRANOSCIIS SIENIAVIAM, sibi desponsatam, per ANNAM

**NAM JANUSZIAM** ex **POTOCCHIS**, **MARIANNA** &  
**STEPHANO** Palatinis Bracſaviensibus genitam Filiam uni-  
 cam, Principi **BOGUSLAO RADIVILIO** M. D. Litt: Sta-  
 buli Præfecto **JOANNIS** Castellani Vilnensis Filio, post **SO-**  
**PHIAM OLELKOVIAM**, advitalitij amoris excipiente  
 ulnis, **ELISABETHAM** Brandeburgiæ Principiffam, **JOAN-**  
**NIS GEORGIJ KURPISTRZ** Filiam, velut suaviffimum,  
 purpuriffi proprij Colore, nitentem fructum, quem ampliffimis  
 fuis Tabulis, Electrix felegerat Brandeburgia. Dulciffimum  
 excitavit plaufum **ANNA BOGUSLAA RADIVILIA**, dùm  
**LUDOVICAM CAROLINAM** Filiam, **LUDOVICO**  
**LEOPOLDO** Principi Brandeburgiæ primo voto nuptam,  
 primi Regnantis Præſſiæ Fratri Germano, Divino Numine an-  
 nuente, foçiaſſet. Pubercentes dùm aspexiffet Orbis palmites,  
 en lethale frigus, in flore radicem extingvere nituit; preſſus hic  
 in **LUDOVICO LEOPOLDO**, aſt ut palma poſt onera, ſic  
 ille poſt funera, dùm ſemel radices in Brandeburgico fixiffet ſo-  
 lo, glorioſior aſſurrexit in **CAROLO** Neoburgenſi Principe  
 Electore Palatino Rheni, **LUDOVICAM CAROLINAM**,  
 ſibi fæderante, in ſuperſtite Familiâ hucusquè Regnante, ac de  
 eodem fructu non avarâ dextrâ, Luſitaniæ Regno, in Regina Se  
 reniffima largiente.

Luſitaniæ  
 Regnum  
 colligatum.

Nec tantum raritatis, ſed & miræ jucunditatis Arbor **JA**  
**BŁONOVIA**, ideò Bavaria Cæſarum facundiffima Parens, &  
 Electrix, a Sarmatico pometo de fragrantiffimis hiſcè pomis,  
 ſupplex expetierat. Gens Polona generoſa, invidere neſciâ, in  
 duabus Principiffis Sileſiæ, ex Piaſtorum Linea descendenti-  
 bus, & in Principiffa **JOANNA** ex **BETUNIIS** Matre Celiffi-  
 mi Principis Palatini Ravenſis, Glorioſæ memoriæ **CAROLI**  
**VII** Romanorum Imperatoris Potentiſſimi Matris, Sorore **A-**  
**mitinâ**, uti & in Sorore Germana **JOANNIS III** Poloniarum  
 Regis Matris, dicti Imperatoris Amitâ, nuptâ **RADIVILIO**  
**M. D. L.** Minoris Sigilli Cancellariò, & Duci Campeſtri,  
 Principiffæ **CAROLINÆ** ex **RADIVILIIS** Palatinæ Novo-  
 grodenſis **CAROLO VII** ex tertio gradu Aviâ, hos ſvaviſſi-  
 mos Lechicus Paradifus in Orbem Europeum, ſparſerat fructus.  
 Nec Prætendentes Angliæ manſere imprætenti, priùs & a  
 lacrius Regni juri hæreditario, quàm de fructibus Arboris hujus  
 quin delibaſſent, ceſſuri. Clementiffimus **JABŁONO**  
**VIAE** cum **BETUNIIS** colligatus frutex, in **CLEMENTI-**  
**G** **NA**

Prætenden-  
 tes An-  
 gliæ non  
 finè præ-  
 tenſione  
 fructus, hu-  
 jus Palmitis

NA JACOBI SOBIESKI Regij Principis Filia, ut delizioso fructu suo complacuit palato.

Sardinia  
jubilans in  
sinu sui  
recipit JA  
BLONO  
VIOS.

Arbor JABLONOVIA, Arbor vitæ sine Metaphora adoranda, à qua vitales traxit Spiritus Sardinia. Plantaverat Divina Manus hanc Arborem Consanguinitatis in Principissa ex BERTUNNIS, per Domum Sabaudia: è Ducibus ESTREIS, quæ, quò ampliores per Regna & Imperia umbrosas expanderat frondes, frontem ubiquè tenuit decoris, & sublimitatis. His concatenata rationalia arbusta, sic fronduere, ut Cæsares & JABLONOVIOS, Reges & JABLONOVIOS, Duces Principesque Regnantes, ad eandem rei & vocum synonymiam redegerit; adeò ut si quæsero Cæsares & Reges, in JABLONOVIIIS; JABLONOVIOS in Cæsaribus, & Regibus, non nisi inveniam adorandos.

Principes  
exteri con  
juncti re  
cententur.

At cum *omne bonum sit sui diffusivum*, ex instructis Regnantium Augustissimis, Serenissimisque Tabulis, venit ad Principum exterorum dapum decus, Fructus Sanguinei fructus. Decorabantur illæ, Principum de BULLION per CAROLINAM JOANNIS III. Neptem; Principum TRIMOVILLORUM, per CAROLINAM FRIDERICI V. Arragonia: & Neapolis Regis filiam; mensæ instruebantur, hoc fulgidò purpurissis fructetò, Principum de TAILEMOND, per MARIAM JABLONOVIAM Principis Palatini Ravensis Sororem; Principum STROZIORUM, à quibus degustavere Principes MANTUANI, NIVERNIENSES, CARRECTANI, Qui exteri licet, tamen jucundissimum hymæni deserviant saporem, qui Coronatis, ac Mitratis verticibus, adest gratissimus.


Principes  
Sarmatia  
decorem  
è purpureo  
nexu sibi  
vendicant.

Accessit tandem hic fructus, splendori Sarmaticæ instructæ Mensæ: cujus ambrosiam, RADIVILIA Mitrati verticis gemina dum conspexere sidera, illicò victoriam sonora cecinere Tubæ. SANGUSZCIUS Eques, phaleratam hucusque suam irrequietum minimè permisit Sonipedem, donèc de fructibus ejusdem delibasset. LUBOMIRSCIORUM Szreniawa, ut JABLONOVIA Arbor eò gloriosius frondesceret, eandem auro suo alluebat latice. DUCUM in OSTROG Sagitta, metam fixerat Nominis & ominis. Sale sapientiæ condita OSSOLINIORUM Principum Prosapia, illas ex ea collectura fruges, Peravitam servat securim, ut securè floridum vireret Ducalis Viridarij Arbutum. Verum:



Erigere, nunc Ministra Jovis Ales, conspice in, quantam altera  
 Danielis JABLONOVIA Arbor, excreverit Gentem; adeo,  
 ut non sit Purpura, quæ JABLONOVIO Sanguine non rube-  
 ret; non Ducalis Mitra, quam Crux Prussorum non insigniret;  
 non Cœlum Solis, quod hæc cruce non irradiaretur. Lignum  
 Regnis, Provincijs & Familijs, Nominis immortalitatem  
 impertiens celebrandum. *SARMATICA* etenim *Aqui-*  
*la*, genuinos ex ejus sublimitate explorat partus. *LITHVA-*  
*NIAE* inclytus Eques, hæc sub Arbore, securam fessus capit  
 quietem. *Imperialis Tonantis armiger*, plusquam duplicatum  
 assequitur reclinatorium. *GALLIARUM Lilia*, exporrectis  
 protecta comis, hostilibus non aduruntur flammis. *HISPANI-*  
*ARUM Crux*, JABLONOVIA ex Arbore crevit. *SICILIAE*,  
*aurum* ex Aureæ Plantæ folijs, contextum *Sertum* *DANIA*  
 in Peravita *Prussorum Cruce*, victoriæ canit prognosticon. *AN-*  
*GLIA*, dum svavi refocillatur umbrâ, interminæ gloriæ pulsat  
*Cytharam*. *SARDINIA cordatam* se exhibet, ubi JABLONO-  
 VIA apprehendit arma. *PRUSSIA* Orbi latius patet, amplissi-  
 mo *Principis aucta*, ac ditata *campo*. *PALATINUS RHENI*  
*ELECTOR* Archi-Thesaurarius Imperij, in Peravito *Solo*,  
 inexhaustum gazophylatium universo aperuit orbi. *BAVARIA*  
*Electrix*, Archi-Pincerna Imperij, *pomum* JABLONOVIVM,  
 Domestico implantavit pometo, quò Imperialem refocillasset  
 Alitem. *SAXONIA*, suos evibrat *enses*, martialem Campum  
 sub excelsa figit Arbore, invicta castra metatur. Jam: *Di-*  
*vinior Themis*, nonne *Fidelitas Principis Palatini Posnaniensis*,  
 è Principum sanguine fæderato eruta, probata, deducta, argu-  
 mentura ad hominem Thomisticum est? Crimen læsæ Majesta-  
 tis foret, summis Imperantibus fædifragi sanguinis nexum ap-  
 pingere; Quorum, sicut summus erga Deum amor, erga exte-  
 ros favor, erga subditos illæsa pietas; sic nec cum infidelibus  
 vinculum amoris eidem adscribendum. Cum itaque JABLO-  
 NOVIA Arbor, Imperantium Thronus sublimissimus, ab Eu-  
 ropeo adoretur Cœlo, intaminatam *fidelitatem* eidem, ac ex hæc  
 non tantum *Honorem*, sed & ipsum *Palatinum Fastigium*, *Prin-*  
*cipi Celsissimo* adjudicandum, decretandum. Tandem:

Fructus  
 decerptos  
 Ex JA-  
 BLONO-  
 VIA Ar-  
 bore Re-  
 gna Euro-  
 pea expli-  
 cant.



Inductio III. Palatinum honoris fastigium &c. quia pro LEGE gloriosè.

Regia solis sublimibus alta Columnis JABLONOVIA con-  
 surge Arbor! Nova licet è sepulchralibus umbris, tamèn Il-  
 lustrissima, exhibe Orbi Parellia; Sarmatiæ Aliti deliciarum ni-  
 dum exporrige. Serenare Patriam, fulgens in aprico gloriæ.  
 Nullum in Te Phebæa volucris excludat pullum, prius quàm  
 publicæ Regni felicitatis, sis prognosis. Hæc, ubi primò suas  
 gratiosissimas exporrexerit frondes, statim Regno amænior faci-  
 es, floribus sua in tranquillo desiderata, remeat venustas. Spar-  
 git umbram meliore comâ, ad quam hispida malorum immi-  
 nentium in Patriam profligantur belluæ, sola affulget faustitas,  
 ad hilaritatem provocans, quos suo Sacratiore beat obtutu.

Primigenii stipites.

Primas adoro JABLONOVIAE Arboris tripalmæres, fecun-  
 dissimas radices, VINDICAM BUITILLO & OBYZOR-  
 ZO: horum Primus, contra quosvis assultus justas spondit  
 Patriæ se acturum vindicias; alter OBYZORZO, Phæbi Po-  
 loniæ exorientis primordia, quasi diluculum fortunæ, ad sereni-  
 tatem castigabat, gratiarum diem aperturus. Diluculum hoc cè  
 gloriæ, illustravit serenior Titan, Regiô CASIMIRI Monachi  
 gustui, tripalmaris plantæ gustuosissimus fructus PRUSSO-  
 BRO.

BROGOST, eburneum Columnen, Lechiæ decus, spes uni-  
 versi celebrandus. Nec tantum Regiõ, sed & Patriæ arrisit pa-  
 latui, in sociam vitæ jungendo sibi Filiam Ducis Masoviæ, ut  
 expolita, & cultiori reddita facundia, non infæcunda Purpura-  
 torum Patrum Laticlaviõ, disertissimos, ac exultos afferret  
 Tullios. Societatis individua capitis arcanum contulit (d) CA-  
 SIMIRUS REX gratiam Militi & DUCI Exercitûs sui, dum  
 Ducis Filiam, & Sanguinem Regium, nobili Polono de PRUS-  
 SORUM Familiâ, in Matrimonij Sacramentum concessit, sed  
 Viro digno, meritis & triumphis claro, qui & BELLATOR, &  
 PROTECTOR esset, REGNI, & REGIS. Trinum in uno  
 præconioram clauit Encomiastâ, dum BELLATOREM, sive  
 Bellonæ æstum, fatalem hostis accensam pyram, ignivomi Ma-  
 vortis in DOBROGOSTO ardentem accenderit facem. RE-  
 GIUM PROTECTOREM Majestatum serenantem mentes,  
 a novercantis fortunæ impetu, Majestatum tuentem verticem,  
 declarans PROTECTOREM REGNI ab invidis Sarmati-  
 tici honoris hydriis, PRUSSORUM DOBROGOSTII re-  
 pressis ferrõ, suum invictissimum reveretur Macedonem, ac post  
 trina ad Grzybow repressalia, trinõ elogiorum coronat ferrõ.  
 Festivum Jo! huic gloriosiori infraçto Scevolæ insonet, ignes  
 excitet triumphales, non tantum quod vitales ab eo honoris  
 traxerit spiritus, sed quod etiam sub æternitatis antipodis, Sol  
 innocidius luxerit, in magnæ spei Filio suo SANCHOR seu  
 SOCHOR; cui ex anagrammatico vocabulo, choros instruat  
 Patria, virtuti & magnanimitati suæ applaudendo. Successit  
 virtutis hæres SOBOR Magnus Dux BOLESŁAI Krivou-  
 stij, qui ne minimum etiam a corpore Regni avelleretur mem-  
 brum, sui Corporis articulum subdividere, Sarcophago belli-  
 ci furoris immolare, non dubitavit. Claudicasset pridem sum-  
 ma Imperans Respublica, nisi cladem ejus, gloriosâ sui pedis  
 strage, hic publicus Athleta clausisset. En! Ducalis Encomia-  
 sta: *Krivoustij* licet, tamen Omnipotens conspice oris effatum,  
 amissum pedem unõ Regiõ fiat, quinimõ pretiosorem, aureum  
 enim æternum duraturi Nominis, bellici furoris domitori, ma-  
 gnanimitatis flammâ ignescenti, instaurans mirare; cui simul  
 rutilantes in aureo pede gratitudinis suscitât rōgos. Et ut *Prus-  
 sianâ* celebri falce laurus meteret ac triumphos, Acheronteo ani-  
 mo, calcet gloriæ addidit. Augustissimum Bellonæ SOBOR  
 RIANÆ Sacrificium HENRICUS Imperator, chalybeæ dex

(d) Okol-  
 ski Tom.  
 II. pag.  
 546.

ad Grzy-  
 bow Vi-  
 ctor de  
 hoste.

Henricus  
 Imperator  
 debellatur.

teritati, sublimis in se submisit cristas, victrici ferrò succiden-  
das. Cui Annibali dexteritate clarissimò, Sarmatia pietatis eri-  
git colossum, dum Phœnicem suò in occubitu redivivum ad  
conflictus & victorias, in Regnante BOLESLAO adoravit;  
hocquè ei insculpsit Epigraphè: *fama DOBROGOSTI pulcher-  
rima gloria Lechi.*

Phœnix SOBORIUS redivivus celebrandus! ita sanè: mili-  
tat in Filio SCIBORIO, WŁODKIS, PEŁKIS Nepoti-  
bus, felicitatis publicæ orchestram, Atlanticò robore, suis hu-  
meris succollantibus. Assurrexit MARTINUS PRUSS Pala-  
tinus Cujaviensis, cujus quidem Nomen erat Martis, sed ipse  
acerrimus armis, dum sub CASIMIRO, non casu mirò, sed  
Achilleæ indolis meritò militaturus, ad supremam elatus Cla-  
vam. Assurrexit Heroum PRUSSORUM Antesignanus, dum  
immanis hiabat Sarmaticum, sitiens hydra diducto ore cruo-  
rem; stetit invictus Hector, alter MARTINUS *qui nec mori  
timuit, nec vivere recusavit*, vi armorum, consilij subtilitatè, in-  
genij perspicaciâ, adstantem cruentam devicit Martialem fé-  
ram. Victricem elevavit palmam, in binis JOANNIS No-  
minis portitoribus, PRUSSIANUM syllabum, non sine prælagâ  
magnorum meritorum mente implentibus. JOANNES à  
PŁOMIN suæ dexteritatis illustrem fascitavit flammam, ex  
Palatinatûs Brestensis Cujaviensis flammivomâ Ætnâ, Sarmatica  
inflammaturus corda. Alter JOANNES verè *gratiosus*, JA-  
BŁONOVIO in JABŁONOW implantatus Solò, qui felici  
omine, in excelsam excreverat Arborem. Nomen & Numen  
JOANNES Poloniae, cujus primi ex JABŁONOW JABŁO-  
NOWSCII ominis Augustal, jam pridem Mars suò inscripse-  
rat clypeò, Pallas exaravit in Casside, Fortuna, non volubili, sed  
fixæ imposuit rotæ, Saturnus Auræ incidit falci, Peravitus  
GOLENCZYK armatum solidavit pedem, solea omni accò-  
moda labori, Crux vates victoriæ. Nec PRUSSIANO de-  
cori hæc paradoxa fuère, dum non alias, nisi Heretilanas sem-  
per neverat, incendere suæ fortitudinis tædas. Ast:

Jam propius Tuos Togatos, Purpurate Princeps reverentiali  
dextrâ attingo Arboris ramos, vegetosquè Sarmatico præsentò  
obrutui. Vivunt hæc immortalis Nominis portenta, memoriæ  
indelebilis, adamantinis incisa tabulis, memphiticis colossis  
inarata. Verè JOANNES Columna immobilis, ne Excelsa  
Patriæ structura corrueret, Atlantici roboris, admovit brachia.

WOLF.

JOAN-  
NES  
PRUSS  
primus ex  
Jablonow  
dictus JA-  
BŁONO-  
WSKI.

**WOLFGANGUS** Succamerarius Terræ Dobrzynensis, hoc  
 solò gloriosissimus, quòd sic domesticos noverit dimetiri limi-  
 tes, ut limites probitatis ac justitiæ, nunquam excesserit. Pieta-  
 tis prototypon **PRECLAUS** Castellanus Sierpensis, virtutis  
 inexpugnabile Castellum, qui toties omnigenæ benedictionis  
 messëm Regno, & Profapiæ adauxerat. Steterat ad rippam ho-  
 norum **PROCOPIUS** Castellanus Rippensis, fluctuantibus  
 fortunæ vorticibus, intranabilibus spumantibus invidiæ lym-  
 phis, præda infelicitatis, non amplius absorbendus. Et quia  
**JOANNES** contra hostium hydras vox tonantis Bellonæ fue-  
 rat, ideò ad Cekoram hic tubalis clangor, vox faucibus hæsit;  
 hoc unicum insonans, se ingenuam Martis occubuisse Sobolem,  
 quæ infestantes Poloniæ polum, tot cladibus ferierat Briareos.  
 Secunda, aut infecunda victima **FABIANUS JABLONO-**  
**WSKI**, ex ethymo *campestris* publicò venerabatur plausu, aut  
 floridæ, licet dubiæ, cesserat ex Campo Martis fortunæ, lætos  
 diffundens vultus, ut qui hucusquè nullo eguit ductore ad præ-  
 lium, nec aliquo prodromo ad victoriam; ad occasus etenim  
 funesti extremum, velut in Flegreis Campis, furibundæ Lache-  
 sis bellicæ, infractè stetit, gloriose est vicisse, nam: *mors præ-*  
*terijt, fama perennis erit.*

Celebrior Pompejò adest dexteritate **ADALBERTUS** Ca-  
 pitaneus Dobrzynensis, Serenissimi **STEPHANI BATTO-**  
**RII** coronæ, adamas rutilantior adaptandus. Contra Moscho-  
 viticos impetus imperterritus, propriò etiàm nescius parcere  
 cruori. Dux Roseus, candidæ conscientiæ rosam, sanguinis  
 sui profluviò rubricaverat prius, quam infidelitatis canò, ean-  
 dem maculasset. Adorabat in **PAULO** Rothmagistro, ut  
 Succamerario Regni **BATTORIUS**, alterum *Doctorem Genti-*  
*um*, dum **DUCEM** Gentis Bellonæ revereretur. Cupierat hic  
 fieri *anathema pro Fratibus* suis, à quibus *sportam* instrumentum  
 fugæ, non expetierat, dum optimus Imperiò, Dux & Bellator  
 in armis, invidiæ sorti cesserit in trophæum. Probavit Martialis  
 laureatus Doctor, suam in Filio scientiam, dum **VALENTI-**  
**NUS** Capitaneus Felinensis, Marte & Consiliò, ad omnia na-  
 tum, suam se à virtute desumere valorem, Regi & Regno,  
 perbellè probaverat. Valorem **VALENTINI** adauxerat,  
 trina in tribus Filijs, velut capitalis summæ accrescentiâ. Et si-  
 cut *nec imbellem, feroces progenerant Aquilæ columbam*, ita nec  
**VALENTINUS** noverat gignere, nisi fatales inimico Alcidas.

Primigenius *accedens* GASPAR, Majestatem in STEPHANO  
 BATTORIO ut Proto-Triumphatore Orbis adoraturus, Geda-  
 num ferrò subactum, obtulit munus dexteritatis suæ. Geminum  
 sibi vendicavit valorem in PAULO VALENS, utpotè Victo-  
 riosò Polemarchò, in quo tot victorijs, tot palmis, tot laureis  
 senescens reviruit Patria, dum Princeps Ducum ad victoriam,  
 Principum Dux ad Triumphos, peracutum (e) evibrasset en-  
 sem. Ergo valorem supremum VALENTINO in bino sui  
 decore præfigere prætenditis! minime. Enititur DOROTHEA  
 JABLONOVIA tertiam magnæ expectationis Filium, MA-  
 THIAM Capitaneum Kolomyensem, splendidum DORO-  
 THEÆ *donum DEL*, in quem non fortis jaculum, sed heroica  
 stirpis Ascanius, Parentum proles Magnorum, sat magna ad  
 summaquæ nata, summis ex iustitia distributiva fuerat auctus  
 honoribus, nec minus oneribus supportandis. Exortus hic  
 innocidus Poli Lechici Titan, ad abigendas hostiles opacas  
 noctes, quas clarissima ejus illuminaverat fortitudo. Mænalius  
 Occidentalis aper, protervum ferro JABLONOVIO subje-  
 cerat Caput, ut Securis novi Sarmatiæ Apostoli, securitate haud  
 interminâ, Regnum donasset. Nocuerat hujus rabidus dens  
 Sarmaticæ facundiæ, eamquæ defuaviantem, truci conspexerat  
 oculò, ergo *oculum pro oculo, dentem pro dente* fortunatissimus  
 Achilles, quin erisset, minime quievit. Livore invidiæ ac in-  
 sanae mentis tabuerat Livonia, quæ ultimam sui indubiè clau-  
 sisset lucem, nec aspexisset æroram publicæ Regni beatitudi-  
 nis, nisi hic Patriæ Salutis Proto-medicus, impavide dexterita-  
 tis ore, virus livoris exfluxisset. In cassum inardescere facie-  
 bant aerem fatals ignibus tormenta Gedani, Bellonæ latitare  
 volentis in vanum armabantur cuniculi, sub immani eorundem  
 pondere, frustra gemebat humus, dum Lechicus Mars circum-  
 volitabat muros, meditata impediendo strages. Qui primò  
 hostem obsederat, & jam castrorum insultantium excurrentium  
 impletæ valles, Victori JABLONOVIO cessere in adorem.  
 Turbidos Baltici Maris subegerat fluctus, en adhuc cruenta  
 Turcarum luna, lugubre Patriæ suis cornibus disponebat funus,  
 ni immotus COLENCZYK Patrij amoris incenditibus  
 flammis, festinum movisset gressum, cujus gravissimò armati  
 pedis pressa vestigiò, Ottomanica tremere cepit Porta. Omnia  
 expalluere, ad rubricatum sanguine hostili MATHIÆ ferrum,  
 omnia abière in prædam, at simul & gloriosus Maris Hector,  
 lugu-

(e) Prufs.  
2do.

Bella in  
quibus fuit  
Victor in-  
fractus.

lugubri universi depraedatrici. Timuerat sibi inuitus lethi fur-  
 tor, ne immortalem fecisset eum fortitudo, ideò floridam Ar-  
 boris JABLONOVIAE frondem, immitti peracutâ succidit fal-  
 ce. Interim haud amplius invidô Magni Nominis sæculô, ho-  
 stiles cicatrices obduci potuere, quas heroica manus, æternas  
 semel fecerat. Inringit itaque purpurata in sepia, Aquilinam  
 pennam Sarmatia, mortis & Martis signat Trophæum, hæcquæ  
 sinceræ, non fucatæ veritatis exarat encomiorum munimenta:  
 (f) Generoso Domino MATHIÆ JABLONOWSKI de Prus-  
 sorum Familiâ, qui cum per omnes officij humani partes præclarè  
 se gessisset Patriæ, in Bellis Gedanensi, Moschovitico, Livonicoq;  
 & propugnandis Tartaris, amici in humanitate, DEO in Religio-  
 nie quoad debebat reddidisset, annum vite agens quinquagesimum  
 obiit, & immortalitatis secum meritis asportatis, hic quidquid hæ-  
 buit mortale, collocavit. Anno 1619. Ergo:

(f) Okol-  
 iki Tom.  
 2. p. 555.

Abijt mortalitati, at non immortalis obiit gloriæ, MATHI-  
 AS Angelus dum prius Securi domesticâ, securissimum sibi  
 trophæum erexit. Interim JABLONOVIA Cælô affinis o-  
 rigo, & Sæclî decus admirabile nostrî, Virum à polo, Polono do-  
 nat Olympo: JOANNEM STANISLAUM Ensiferum Re-  
 gni, quem si præsens cerneret ætas, terrestre Numen adoraret.  
 Loquatur pro Eo, Ciceronè major PAULUS POTOCKI  
 Castellanus Camenecensis, Apellis Tulliani delicatissimo pe-  
 nicillo, Eum subtilissimè depingat, in Regni confessibus aure-  
 um, in arduis Scipionem, in bellicis chalybeum Ensiferum, de-  
 claret. Hæc pendebat ab Arbore Mavors in STANISLAO  
 JOANNE Filio Castellano Cracoviensi, supremo Duce Exer-  
 cituum Regni. Hic celebri de stipite surgens, triumphalem in  
 se victorijs referavit portam, dum ut Dux, primus Peravitum  
 GOLENCZYK crexerit ad laurus capessendas, sanguineum  
 Martis campum, & purpuream purium honorum appiam, in  
 trepido pede decurrendo. Spondebat sibi Lechia in hoc Vi-  
 ctorioio Bellerophonte, quòd omne Gradivo fiet hæc ex Arbo-  
 re telum, vel quòd sola hæc multa trophæa, tulitquæ feretquæ;  
 nec immeritò: nescivit enim innatus STANISLAI tepescere  
 fervor, prius quàm Domesticus GOLENCZYK, innumeras  
 inimicas phalanges, fecisset sibi suppedaneas. Pressit premente  
 poplite, simulquæ oppressit Coronam Orientalem. Nec CZAR-  
 NIECCIUS Poloniarum Hector, denigraverat gratiosum JO-  
 ANNIS agnomen, cum primò belliger tyro, & jam truculen-

Proavus  
 Principis  
 STANI-  
 SLAUS  
 JOAN-  
 NES JA-  
 BLONO-  
 WSKI Ca-  
 stellanus  
 Cracovi-  
 ensis, Dux  
 Exercituum.

tum in eo, expertus Seevolam. Ex ungue Leonem, ex voce volucrum, ex vestigio novit Pantheram. Frons, oculi, vultus, prognosim generosæ mentis, Patriæ, & CZARNIECCIO porrexere. Martis & artis fidelis excrevit Stadiodromus, qui

Tempore belli Moschovitici Coronas evexit Cracoviã.

in prætexta belligerantis Lucinæ, jam visus ad coronas nasci, dum nê atra Ales, candido nitidissimôquè suum vericem superbum redimiret diademate, securitatis Arbitèr, securo locare noverat in folio.

Nec noverat STANISLAUS, cedere Aquilinæ rapacitati, prius quàm immortalis Nominis sui fano, in holocaustum cessisset cremanda. Latonium cornigerum sydus, jam mortuales extremas minabatur puncturas ad

Chotimum, Viennam, Strigonium; Tartarorum sarissæ arcus, exitiales ad interitum nidificantis Polonæ Volucris extendebantur; Scythia, scitû quædam violenta bellica præcepta, Lechicô Martis Alumnô enodare tendebat; ast arcus Tartarorum attenuati, ubi Dux STANISLAUS, phaleratum Sarmaticum conscendisset Sonipedem, ac eum victrici Peravitô fregisset ferro.

Ad eruditas STANISLAI Mavortis lucubrationes in Bellonæ Lycæo, Scithia inscitia redarguta; Turcia, Equitem Sarmaticum nobiliorem, velût tergeminum ferocem Geryonem, sinuosô cornu lunæ venerata, dum in plenilunio gloriæ STANISLAI, decrescendentem suam aspexerat Cynthiam. Ex utroquè Cæsariâ Marte, vertit ad artem facundiæ gradum, non pridem magnanimitatis, jam scientiæ innovat folium, ex prælectionibus Hectoreis, Orbi universo traditurus rudimenta. Et benè: JOANNES Apocalyptica Aquila, scintillantis Mavortis ingressus Cathedram, non svavi hyblæâ oris, non æris copiosâ facundiâ, sed gravi Catonis alloquiô, Karlovicensia conscribit

Duos Passas Turcos in Servitum redigit.

paçta, velut capita. Capita claudit claudit, dum unius Ottomanici Tomi Capita, in articulos subdivisa, in duobus Passis Silistriensi, & Sebastieni perennaturi Nominis, sibi, & Orbi Articulos reliquerat specularandos, bellicæ diligentia asservandô analeçta. Satis infelix, secundus Machometes, frustra vacillan-  
lantem fortunam erigere studuit, cujus orbiam, in ferales tumulorum rogos, STANISLAI Ducalis dissecut ensis, adeòquè latè disjecit cladis fragmina, ut non unius anni memoria, ruinæ Bistonæ numerum, possit recensere. Decertaverat adeò gloriosè infracti animi Miles, ut quocunquè perrexisset, vel sibi in applausus festivos accendebat ignes, vel victrices de hoste, è manibus pullulabant laurus, exantlatis temporibus in coronamentum abitura Jnteriã: Præ-



Præstat moros componere fluctus, non deficiebat Patria, in vinciendo suo dextrimò Samsone, nec deficere visum Empyrum, in Coronis, quò magis STANISLAI virtus laudata crederet, quæ immensam gloriæ calcar habet. JOANNES, ALEXANDER, STANISLAUS rutilantes Coronæ, Castellani pretium non vile laborum. Mens interim titubat, cujus nam prius suscitandi manes! aut non est ambitio æternitatis comes. Jura dicant: *minimos eligere*, ergo & ad elogia primi eligendi. PRUSS STANISLAUS cum Pilawa in MARIANNA POTOCKA Castellanide Cracoviensi convenere in unum, ut Metator Regni, castra terrificæ, sub hoc gloriosò metaret vexillò, ac meteret aureæ felicitatis aristas. Medius crevit in Medullio JABLONOVIAE Arboris ALEXANDER, hic omnis meta Triumphi, redivivus Sarmatiæ Macedo, Vexillifer Regni, in quo *hec pietas vexilla levat, & virtus*, cui nec ipse suffecerat Orbis. Prodromò Regibus expansò Trophæò, domesticum aspexit victoriosum campum, fortunæ infractam protexit rotam.

Stanislai  
supremi  
Ducis, Fi-  
lij. Virtu-  
te ac dex-  
teritate  
gloriosi.

Perennat hic Macedo, in Celsissimo JOSEPHO ALEXANDRO Palatino Novogrodensi. Meritis semper *accrescentem* ornavit JOSEPHUM, cui polymitam fecerat tunicam, non tam gemmis phrygiâ acû pictis, quam vivis rectefactorum pro Patria floribus, semper odoratis virentibus, floridâ JOSEPHI virtute accrescente. Stetit hic in Novogrodensi Judiciali Stubâ, delicatissimæ conscientiæ suæ sonora tubæ, sic accommodando Ambrosiana eloquiorum labia, ut nihil in suis auribus resonare censeatur, nisi clangor incorruptæ Astreæ, ac honorum. Et cujus manus, in adaugendo bono publico attrita fuerant, ad percipiendum aurum, vilcosæ esse nequibant. Hæc justitiam libram librantem, aurea animæ vigeat, vigetque libertas, quæ ad SIENIAVIAM stellatam Cynthiam THEOPHILÆ SIENIAVIÆ, sepulchralibus etiam in umbris Astris clariùs emicat, cum semper luna splendeat, si splendida vitet, ac simul SIENIAVIO irradiante Phosphorò, firmetur in uno. Phosphorus Lechicus est *Palatinus Novogrodensis*, serenum manè vaticinans! ergo: *Phosphore redde diem*, magnorum meritorum, *cur gaudia nostra moraris!* aperuit hic, lucem publicæ Regni felicitatis, dum steterit, tam Sagò indutus Alexander, inter mille infractus Annibal, quam Togâ conspicuus Aristides, Catones gravitate, Trajanos excedens magnanimitate. Reperit in eo Patria acerrimum virtutis assertorem, in capitales vitiorum hydras fulmi-

Celsissimus  
Princeps  
Palatinus  
Novogro-  
densis.

nantem; sui unicum solatium, quò affulgente omnia lætos locu-  
 cinuere choros, sola tantum flevère scelera, decumanos vindic-  
 cis iustitiæ acinaces, metuentia. Noverant enim JABLONO-  
 VIAM Crucem fulgere, ac cruciari simul; falcem, nesciam  
 parcere crimini, solem ad veris premi, sed non opprimi; quia  
 potius longò splendescere ab usû: Quò Statore & Senatore irra-  
 diante, dum nemo magis niteat, ideo velut Trojano Duci, hoc  
 Palatino: *Troiana Dux inclyte Gentis, glorie spesq; Phrygum,*  
*quò nec pietate, nec armis, maior in Orbe fuit.* Senierat enim sa-  
 pius Corpus Poloniæ consiliorum deliquit, nec amplius, quam  
 primum Ejus Cordi, *Principis Ducalis* rubuerit Purpura. Luctu  
 pressa Phebea ales, jam nunc ad faciem Reipublicæ, in *Palati-*  
*no Novogrodenfi* radiantem, ad oculos splendore plenissimos,  
 ad aures svavi pastas eloquiò, festivos accingit choros. Juvita-  
 verat *Principem Palatinum* ad Serenissimum sui sinum, publica  
 Regni necessitas, ut per consiliorum Regiam, Comitiorum  
 successum, ad Augustal bonæ spei deduceret, ac velut Delphi-  
 co Tripodi affideret. Admirationis papebrâ, sereniorum in Fo-  
 meridiem undiquè convolantes aspexere Aquilæ, à cujus aureo  
 ore, aurea pendebant libera vocis oracula, ab universis exspe-  
 ctanda. Nec semel exarserat in visceribus Patriæ discors Vul-  
 cania flamma, quam Ejus summa toties extinxerat activitas.  
 Quoties enim dextrè egerat, hic disertissimus pacis Minister,  
 subito procellam excepit serenitas, turbini successit malatia, in-  
 ter ignivomos fragores, Crux Serenissima serenitatis Archi-Ma-  
 gistra, assurrexit. Divisa pectora quæ nec sicaniâ incude in u-  
 num conflasset mulciber, hic Peravitâ concatenavit (g) dextrâ.

(g) Pruff  
 2do

Nec mirum:

Non generant similes, Pæstantiâ rosaria flores,  
 Nec Pharius simili messe, superbit ager;

Dum Te Philippum Alexandri gloriam, redivivum Ducalis  
 Clavæ, nunc Mitratum celebrat Principem, Togatum *Palati-*  
*num* pronò adorat cultû. Hòc itaque consiliante, vel potius di-  
 vinante Murice tinctò Lycurgò, aurea Polonis volvuntur sæcu-  
 la, tantæ fortunæ rotâ. Sarmatia, jam Senatorias colligit Secu-  
 res, dum fors augusta *Palatini*, ædificat universa. Ergo qui  
 nunquam Patriæ, sibi satis vivere potest, vivat diu, ac perennet.  
 Verum:

JOAN.  
 NES STA  
 NISLAUS

Permitte adhuc *Princeps Fundator* Noster Amplissime, per-  
 vetustam JOANNIS STANISLAI, *Castellanidis Cracovien-*  
*sis*

is, ac tandem *Palatini Russiae* Avi Tui, non oblitterandæ memoriæ Ectypon, è contracto à tot Myriadibus detergere squalore. Liceat è pyrijs Bellonæ facibus, fumosa Aboriginum delubra, Oratorijs lavare Furis, redivivus Æacidus, virtutum simulacra in *Palatino Russiae* demirabitur. Antiquus dierum hic Sarmata, cui latepatentes Oratorij extitère campi ad messem honorum, manus ad palmas triumphales, frons nata ad ferta eruditionis capeffenda. Nec minus Heroicis factis, quàm doctissimis Lechiam repleverat fastis. Scintillabat natus Polus, niti dissimis Ejus consiliorum radijs, Senatorijs sensibus docti Capitis oleo, illustrius quàm Cleantis lucernâ succensis. Ingenij ardentes scintillæ respirarunt, dum velut Apocalypticum unicum, sic undecim (alter *Salomon* dictus) JOANNES Tomos perfecisset. Et ne hocce Tomeum Collegium, duodenarij syllabi pateretur defectum, ipse JOANNES STANISLAUS *annumeratus est (b) cum undecim*, Tomus rationalis concludens, dum meritis gravis, pondus adhuc sibi eruditionis superesse, suis inesse folijs, mortuali lapide comprimi, sive compingi indulfit, Cælesti & Patriæ lectioni æviternæ, Tomus accomodè apponendus. Gloriatur hoc classico Authore Societatis Leopoleôs Bibliotheca, ast quia miræ eruditionis & scientiæ pollebat claritate, Sanctiori Bibliothecario, Magno Indiarum Apostolo traditur custodiendus.

Tomus verè Cælestis *Palatini Russiae*, hucusquè Augustos sensus sub pectore volvens, donèc in Roseum Ternionem Fundem Divina compendiasset dextra: in JOANNEM *Palatinum Braclaviensem* Aurei velleris Equitem, Grand di Hispania, Capitaneum Czechryenssem; DEMETRIUM *Capitaneum Kovelenssem*, Equitem S. Huberti; nec non Magnæ memoriæ Parentem Tuum *Celsissimum* STANISLAUM VINCENTIUM *Palatinum Ravenssem* Sancti Spiritus, ac Aquilæ Albæ Equitem Principes Celsissimos, in cujus Ternionis sublimi Triade *Princeps Marschalce, canitur toto nomen in Orbe Tuum*. Profectò: *talem nulla refert antiquis pagina libris, nec Laciæ cecinere Tubæ, nec Græca vetustas*. Primum floridum Purpurati Ternionis viret folium, in Principe JOANNE JABLONOWSKI *Palatino Braclaviensi* qui quantâ dulcedinis suæ suavitate, summorum Imperantium tetigerit corda, quantâ oris facundiâ, junctâ profunditati scientiarum, affecerit animos Procerum, quantò potaverit Altissimò Consiliorum nectare, quis explicare valeat!

Palatinus  
Russiae Sa-  
lomon di-  
ctus, Avus  
Principis.

Undecim  
librorum  
Author.

(b) Act.

Authoris  
Classici Pa-  
latini Rus-  
siæ Tomi  
Lechici  
subdiviso  
in Purpu-  
raturum Ternionem.

Princeps  
Palatinus  
Braclavi-  
ensis Pa-  
trius Prin-  
cipis.

non nisi talem sensere Solonem Jurz-olim. Illi permissa potestas  
 juris, æquitatis cultus, custodia legum, dum *Palatinus* auctus  
 honoribus, insignitus fasces. Nec immerito: Arbor enim  
 JABLONOVIA, nullam novit unquam se admisisse Securim,  
 nisi Senatoriam. Senator canam consiliorum superinduit matu-  
 ritatem, alter Gallicanus, aureos ab ore fundens torques, qui-  
 bus dum divisa adunaret corda, simul in sui admirationem tra-  
 hit universos. Unicum hoc cunctorum anxium excitat qua-  
 stum, quod flammigero Ducali Ostrò accensi, sudò altissimi  
 Ejus judicij, extingui cogentur. Sola Hispania tantò hospiti  
 Triumphales erexit *Portas*, ad cujus atrum nigræ excubantis *A-*  
*QUILÆ* aspectum, JOANNES ignivomus Hector grande-  
 scebat. Strenuus Bellonæ Athleta JOANNES, nunquam sine

Aurei vel  
 leris E-  
 quus in  
 Hispania.

Imperantium exstitit *gratiâ*. Grandis Honoris *Grandi Hispania*  
*ma* in aureo vellere, cum sua eminenti scientia, celebravit con-  
 nubium. Loricatus Atlas *quinque Turribus*, infracti roboris  
 supposuit brachium, ex virtute imperterrita Samloni, ex consi-  
 lijs futurorum præscijs, motricibus Intelligentijs cœquandus.  
 Perorent ipsa domestica mænia, utpotè de suo Rit magistro,  
 Canonum vel Rituum Mavortis Magistro, quoties sustinuerit  
 pondus diei & æstus, quoties labentia erexerit corda, clavam  
 solidissimorum judiciorum, ac fortitudinis fulciendo. Succu-  
 buisset Corpus Lechici Martis, nisi nervum belli suppeditasset.  
 Subtilitas altissima mediorum quanta! nec sublimiora ab O-  
 lympo defluerent, si peterentur, dum ab hoc veriori Agamema-  
 none pro Dijs Sarmatiæ detonante, è limpidissimo verticis flu-  
 ento, largioribus lymphis spargantur. Intaminati animi erupit  
 ex eo candor, qui & WIELHORSCIORUM lilia, suo ven-  
 dicavit viretò. Aperuit ver purpureum, dum & modò *lilia de rù-*  
*bro cana cruore virent*. Tua ergo Purpurate Senator, duret in  
 longum generosa, aternet Trabeata Domus:

Princeps  
 Capitaneus  
 Kovelien-  
 sis, alter  
 Patruus  
 Principis.

Sublimius alijs assurgant dignitates, *Principis* DEMETRII  
*Celsitudinem* non transcendent. Mitra S. R. J non Aquilino  
 proprio nido, verum etiam Romano æquat Capitolio, ipsi Orbis  
 Capiti suam affinem Celsitudinem. Egerunt alijs minora quibus  
 Aras consecravit Antiquitas, erexit delubra, illustravit Colof-  
 sos; quid ni huic Magno Patriæ Pompejo, tot celeberrimorum  
 operum exantlatore Triumphales accendat ignes! auditur per  
 Rostra, publicis celebratur Exedris, invida famæ ipsa loquuntur  
 sæcula, quantum Augustissimis, Serenissimis, virtutis adau-

erit, & honoris. Summus Patriæ solò accrevit honor, dum  
velut gemmam inappretiabilem, Imperialis Gazophylatij Archi-  
Minister, hanc Ducalem Mitram, decori & pretio Archi-The-  
sauri exambierit inferendam. Electoralis *Leo* non ferocientem  
armatum pedem, sed blandum purpuriffi decus visû legit; in  
lugubri Campo, messem lecturus lætitiæ. *Prussorum* Falce ab  
Huberti decore, velut à colore Honorem & nitorem, nunc quæ  
messuerat immortalitati collecta tuetur; à Pastoralis Huberti Pe-  
dò, nunquam pedem fidelitatis, Imperio & Patriæ deflexisse  
cernitur. Excellit flammivomò indemnitate jurium zelò, in  
manutenenda delicatissima Patriæ libertatis pupillâ, dextrò cla-  
ret animò, in salvanda boni publici integritate; toties inimicas  
eclipses, fatales temporum crises expertus, ad quas velut ad  
Lydiàm lapidèm probatus, *Princeps* Virtutum DEMETRI-  
US declarandus. Texuit *Rosa* SZEMBEKIANA suò vertici  
florigeram laurum, cui in laudem nec Centuriatæ sufficerent  
Rosæ. Centifolia proinde honorum Ei explicet Patria, salien-  
tes Capellæ, quæ lassari nequeunt virtutis tramite longò, Superis  
tollant, strenua gesta Domûs.

Palatinus  
Rheni E-  
lector E-  
undè cre-  
at Equi-  
tem S. Hu-  
berti.

Nec tantum meritorum pondere pressam, JABLONOVIA-  
AM Arborem, celeres conscendere Capellæ, etiam OSSO-  
LINIA Afcia, liliato Galliarum viridario, hanc plantaverat,  
quæ truci Parcaram attrita falce. Flos Poloniae, ad mortis  
squallorem, pallorem mortalitatis, gemens contraxit. TEL-  
MONDE Principissa Galliarum JABLONOVIA, *talem*  
*mundum* Lechiæ omni venustate decorum, Burbonico Regno  
in se visendum exhibuit. In hoc *Mundo* JABLONOVIO en-  
ordinatissimum regimen, è Cruce Peravitâ, velut Virgâ Aaro-  
nis, Sceptrem gloriæ pullulavit, quòd Galliarum fecundissimo  
florebit Solò, dum utriusquè virtutis nempè & Profapiæ inun-  
detur pactolis, pulcherrimis irrigetur diluvijs. Spargit *lilia* o-  
mnigenæ probitatis, quibus Principum Christianissimorum ex-  
hilarat vultus, perfidis ipsis infernalibus scarabæis, inimica. J-  
taquè liliata Princeps, florido Regno vireat, floreat, vigeat u-  
niversis puræ conscientie candore notabilis ipsò. Academi-  
am pietatis intravit SCHOLASTICA JABLONOVIA utpo-  
tè Sanctissimi Sacramenti Universitatis gratiarum Alumna, cu-  
jus ne encomiorum culmen tumescens, Religiosæ humilitatis  
gravaret Sacramentum, ac extaticam Divini Amoris extin-  
gveret vulcaniam, eandem præssò silentiò, Oratoria adorat fa-  
cundia. Nunc:

Celsissima  
Amitæ  
Principis

Purpurati  
Teratonis  
Lechici  
Salomonis  
gloriosissi-  
ma subdi-  
visio in  
PRINCI-  
PE PA-  
LATINO  
RAVEN-  
SI exhibe-  
tur.

Celerem gradum concitare, advola in ampliorem Eloquen-  
tiae campum, magno JABLONOVIO Nomini devinctissima  
penna! veneretur calamus illud Numen, quod tinctus proprio  
languine hostis, in cruenta Bellonae acie corruens pronus in ter-  
ram, haud semel adoravit. Excipit hocce profunda venerati-  
onis heccatomben, Polonae gloriae Jupiter, excelsum famae Re-  
gni sanum, Sarmatiae infractus Scipio, Poli Poloniae Sydus, et  
in umbris sepulchralibus rutilantissimum, Principum Prin-  
ceps Caput, *Celsissimus* de cineribus mortuorum redvivus Pha-  
nix, *Palatinus Ravenfis* Parens Tuus *Princeps Mareschalce* fem-  
per meritorum floridissima Arbor. Exiit ad caelum haec ramis  
felicibus Arbos, ad cujus cultmen evibratae ingeniorum palpe-  
brae, acuminosae mentis acies titubare videntur. Exile *Principi*  
*Palatino* fuerat, Peravitò Crucis micare sydere, minus adhuc  
Majorum ceris fulgere, ni simul gloriosa Jdea, propriae lucis me-  
ritorum, stellifer praefulgidus Author sibi met exstitisset. Ad in-  
occiduam hujus micantis syderis virtutem eminentiam, irretor-  
tam evibrare pupillam Astreae Imperiales, ac Sarmatiae Cu-  
stodes fulminis, genuinam sui aciem, ad ejus corruicam jubae  
exploraturae. Videre radios purissimorum Consiliorum, in qui-  
bus veriore egerat Consilium, Aquilinae sinceritatis candore ni-  
tentem, candidas sicutum nisi loqui gemmas. Et qui verbis ut  
nummis uti solitus, auream toties emerat pacem. Aureum pro-  
inde os Patriae, oraculum eloquiorum, Sapientiae Solium, aeter-  
num non oblitterandum. Senferat se toties ad suos sensus, meli-  
us valere Patria dum in Alvum Corporis Regni, per hoc aure-  
um os, delicatissima Judicij sui medicinalis, descenderit alimo-  
nia. Unde, in tantam Patria & Princeps ex eo excrevit Maje-  
statem, ut S. R. J. Princeps, ab Augustissimo Romanorum Im-  
peratore CAROLO VII. Augusta Familiae declarari merue-  
rit. Romanorum Catonem in eo gratulabunda contemplaba-  
tur Patria, ex quo Trabeata Polonis emerferant solaria, Tullia-  
nae Mitratae Principis facundiae. Nec tantum noverat Peravitò  
acutò pro Patria uti stylo, celebravit Artis & Martis connubi-  
um, cujus ex ipso Muricis pondere, sensit Majestas suae fortunae  
auctuarium. Gygantum non mole, sed indole, Atlantem aureae  
libertatis, merito obryzò fastis inserendum. Herculem animo-  
rum, adamantinae memoriae incidendum. Noverat toties spati-  
um gloriae, in Lechico lustrare campo, quem prius sudoris sui  
nimbis, irrigaverat. Hiantia & arescentia populi desideria pati-  
ne.

nescius, quin ei cor amoris ambrosiâ refertum effudisset. Haurit de hoc limpidissimo latice Patria, sitim in ejus crystallino aluvio extinctura. Uberiores interim Castaliæ saliêre undæ, dum in Eo Ravensem aurifluum aperuit Pactolum. Confluxit suo amne, abluitquè tot cladibus Patriæ sauciæ vulnera, adeò ut cujus sitim non pridem extinxerat, nunc magis in se accendit. Tam docta, quam fortia secundo flumine sapientiæ suæ tulit subsidia, ut nè quidem diem elabi pateretur, quin in publicam utilitatem desudasset; non immeritò furentium animorum pator Neptunus, cum proprietate vocitandus. Sapiuit de hoc gratissimo latice, nigra Ravensis Aquila, ab illius insuper candido profluvio deaibanda. à Sæculis planè sui auspiciam in Principe vaticinari visa, dum *Regibus* conjunctum signabat Palatinum (i) R. suo appendens pectori: ita, ut quæ Profapia verè *Catholica* (k) in Ecclesia celebratur, Patria suum Numen, verè *Regium* prociديو adoret poplite. O! crystallinò clarius JABLONOVIIUM fluentum, Aquila quæ pullâ non pridem amiciebatur pennâ, jam candidâ, candidam exornat mentem. Nec habuit quòd demirari Orbis potuisset; virtus VINCENTII, semper in victoria exultans, quoscunquè squallores frangere sveta. Virtus inquam VINCENTII, vis Electrica est, ignes accendens, fontes inflammans, ac pullam Alitis abstergens Togam. Aquila JABLONOVIO quievit in pectore, & meritò: STANISLAUS etenim Aquilinis custodiendus erat armis. Delicata Ales, deliciosum cibum ex Burbonicis Lilijs, mentis suæ instruxit ori. Ad meritorum in Patriam & Galliam fragrantiam, Cælestis advolavit Columba, ut doli expertis JABLONOVIAE sinceritatis, in tuenda *Fide, Rege, & Lege*, præberet documenta. Noverat Divinò, quia Regiò Spiritu; Christianissimus Galliarum Rex LUDOVICUS XV. STANISLAUM *Spiritus Sancti* habitaculum, *fidelitatis intemeratæ* symbolum, *dexteritatis* Prototypum, ideò hóc Cælesti exornaverat decore, ut eò melius Orbis Christianus, in eo respirare, ac vitales spiritus, diutius trahere potuisset. Reducem ab exteris, Patria amore refertis ulnis excepit, ac repetitum Spiritus Sancti adventum, in VINCENTII igneâ linguâ, præstolabatur. Cathedram Cælestis Magister, altius ascendit, dum Generalis Terrarum Ravensium, disertissimo Serenissimi AUGUSTIII. ore resolutus. Tot ergo meritis exambientibus, auctum Summorum Imperantium munijs, ac muneribus, æternæ Beatitudinis, *vinciat emeritos laurigerum Diadema trines.*

Palatinis  
decoratur  
Fascibus.

(i) In Aquila Ravensis pectore, R. legitur.  
(k) Okolski Tô II. p. 538.

Princeps  
Eques A-  
quila Albæ  
ac  
S. Spiritus  
in Gallijs

Celiffimi Principis Palatini Polmanienfis gloriofa gesta pro LEGE & PATRIA recenfentur.

Eques S. Huberti creatur.

(l) S. Andr. Cret. Ora in Exaltatione S. Crucis.

Sudavit pagina, ratorum meritorum *Principis Palatini Ravensis* bajula, at non minus Tuarum virtutum, ac magnorum pondere gestorum pressa, gemit. Gemit quidem: non tamen maroris, sed lætitiæ extorquet rorem. Quid enim si atræ sepia *Tui Princeps Palatine* didapham intingeremus? quid si abyssali non contenti-cultu, Byssum Palatinam rudi depingeremus sydadâ profectò: Ferrum Peravitum, in Domesticum Fundatori suo devinctum, ad texenda encomia, sæviret Elogiastam. Intèrim si Midas, vel Cresus celebraris? Tullianos nè exhauferis thesauros, pennam Oratoriam, ad pœnam Tantalianæ sitis, condemnando. Inscripsit Te indelebilibus voluminibus, Serenissimus Polonia-rum Monarcha, Capitaneum Buscensem, Medirecensem, Swiecensem, publici boni orchestram supportantem, cui succollandæ, accendisti in medijs Medirecensibus fluctibus, Syiecensem clarissimam sollicitudinis, æquitatis, & justitiæ pyram, quam in Judiciali Buscensi Stuba, nec Flegreæ exæquabunt flammæ, nec adversus extinguet livor. Lux Lechiæ es, præclare virtutum face accendens animos, æstuanti meritorum studio inflammans. Galliarum Zodiacus, Tuò irradiatus nituit Phæbò, cui dum primùm facundiæ explicueras luminaria, illicò ad hyblæam oris svavitatem, hiantis liliorum oris, expalluère labia. Solus genuinus Ministræ Jovis pullus, spectasti irretortâ pupillâ, exoticos Regnorum Soles, in quibus, quid quid videris veri fulgoris, claritati Tuorum meritorum, adjeceras. Hubertinum Juliacense Crucis Andree decus, Peravitæ associans Crucis: *Regni sceptrum (l) diadema pulchritudinis, virgam potentie* Palatina Electoralis erga Te reverentia, nitorem in Cruce, Tuæ **CHRYSOSTOMI** aurei oris, superaddidit venustati. Redieras ex floridâ Oris, floridus **ANTONIUS** decoris moribus, comptâ vultûs modestiâ, contemplandus. Verùm: lilia Galliarum quæ decerpseras, in acutos converteras acinaces, quibus Patriæ infensos hostes interimeres. Expeita Genitrix Heroum Sarmatia, pridem Tuam etiâ teneram dextram, ferrum stringere solitam, Tibi superinduit Sagum, quem pro sui indemnitate, crediderat sanguinem fundere paratissimum. Quiescet ab hinc secure Polonus imperterritus Eques Te Rothmagistrò vigilante, quem non amplius Ottomanica impetet Luna, cui mucrone grvida in ictum levata manus, fatalem infligere minatur umbram. Invictam in Te erexit Serenissima **AUGUSTI III** Majestas basim, ita gloriosam fovens intimò pectoris sui *E-*  
*phe-*



pnestionem, ut crederet ad Tui obrutum, vicinum pertimescere  
 Orbis Achillem, ipsò primò aggressu vincendum. Et certè:  
 nullus amplius ferveret Barbaricus furor, quem Tua non feri-  
 erit loricate dextra; nulla ad vitam respirabit hostium audacia,  
 quam Tua dexteritas non difanimaverit; nullum tumultuantium  
 assultuum exorietur stratagemma, quòd Tua non compescuerit  
 virtus, ut primùm victricia elevaverit signa; undè Dux Lorica-  
 tus, Miles Hectoreus celebrandus. Resplenduerunt hæc vi-  
 ctoriarum trophæa, ast quia non tantùm Martis, sed & Scienti-  
 arum justitialis Vice-Regia Majestas, de Belzensi Academo de-  
 sideraverat Mitrà redimitum Aristæum, Princeps Scientiarum  
 Tuum BRONISZOVIUM Caput (velut adamas sydereus) Judex De-  
putatus ex  
Palatinatu  
Belzensi.  
 Coronæ Tribunalitiæ inferendum venit. Cui ad Celsissimum A-  
 reopagum (altero Apollini) Belzensi Gryphò vectò, accommode Insigne  
Palatina-  
tis Belzen-  
sis Gryphus  
coronatus.  
 alladit SAVEDRA: *ad famæ terminum.* Ad terminum inquam:  
 dum jam steterit in auge honorum Equestris Ordinis Tua Solis  
 æmula Virtus, ad Regni Tribunal Judex Deputatus, ubi Te as-  
 sidente Aristide, nemò justior. Stupebant Græciæ Athenæ,  
 Solonis vultum, & nostræ Elogiorum trepidant acies Vice-Re-  
 gium Thronum, Tuâ implente Majestate, interim ad Tui Co-  
 ronati Gryphi præsidentiam, *procùl este timores.* Celsissimus, A-  
 reopagò Præsides Celsissimò, Astreæ justitiam sic moderando Mareschal-  
cus Tribu-  
nalis Regni  
unanimiti  
voce eli-  
gitur.  
 lancem, ut lanceam; stellatò etiàm nescius parcere syderi, ipsi  
 culmini vitiorum minimè indulgendo. Immerferas irretortas  
 huic justitiæ palpebras, nunquam fulgore auri corruptas. Insu-  
 perabilis fatigij, noctem verteras in diem, ne Sol occideret ju-  
 stitiæ. Quæ licet tristem præferat sinè lumine visum, Tuâ ta-  
 men exultat in pupillâ, dum coluceat vigilantia Tuæ Cleantea  
 lampas, ne minimos etiàm patiatur injustitiæ atomos, ex qui-  
 bus Tibi *Princeps Palatine* aurei tumescerent montes. Mandas  
 Pandectis decisiva Phænomena, quibùs vix Jupiter, alteram æ-  
 quabit pondere Sapientiæ justitiam stateram: adeò ut nullum  
 reperiri queat jotta, quòd non foret summæ eruditionis apex;  
 nulla periodus, quæ non punctum honoris; nulla linea juris, quæ  
 non impletet Tuæ intaminatæ conscientia amissim. Columnæ  
 decretales in celsos colossos, folia in lauros, asterisci ut soles,  
 Tuo honori assurrexere. In hoc non nisi Tua judicialis deflexif-  
 se videtur libra, quòd nulli reddiderit, quòd suum est, cum ni-  
 hil unquam acceperit. Invidus centoculus Argos, videlicet  
 Purpuratorum Patrum lectissima Congeries, Te Solem Lechi-  
 sum

cum in suum elevat Hemisphaerium, quem pridem *domestica Virtus, in Sacratiori Divine Themidis Arcopago, Palatine Curuli, noverat Principem Murice tinctum decretatum.* Arrisit ipse fervida Senatus, quod tunc vel maxime excelsa Crucis Tuæ Arbor, minimè ab olea differat dum in Theatro mæroris, flores lætitiæ, ac maturissimorum consiliorum suppeditat fructus, qui nec ad Hispaniæ Solem, nec sub Apollinis cortinâ, melius decoqui potuissent. Celebrat ætas nostra in ædibus Themidis jubileum, ab Augustissimâ, Augustissimis conjuncto Principe Palatinò, & Celsissimâ emanatam Datarîâ. Fortunâ meliori coronat tempora ævum, ex Supremi Arbitri Tribunalis Regni Arbore, florida præfagiens sæcula: Senatus tripudiat, dum Te veit berillum amænissimam, suam serenantem frontem excipit Palatinatistinum. Gloriabatur Emporium Palatinum Pomianèò LUBIE. fastigiò NII Capite, Te iterum Aureum BRONISZOVII verticis decoratur. partum, humili salutem adorea. Posnanea Aquila, Diadema ab Eques A recit, gloriosiori Tuarum virtutum ornanda Coronâ. Nec quila Albæ tantum Palatina Ales, ipsa planè Magnarum Alarum Aquila, Serenissimi AUGUSTI III. Tuæ gloriæ, residet in solio. Et meritò: cui enim alteri melius committi poterat, protectionis Senatoriæ reficienda umbrâ: quam CHRYSOSTOMO ut JOANNI! à quò lucidiora consiliorum oracula peteret Patriâ: quam à Voce clamantis JOANNE sinceritatis Tripode, Aquilinis custoditò pennis! Cui Regni totius Cera: quam ori Aureol cui inquam boni publici gratia Aquilinæ vigilantia: quam gratioso JOANNI! Perbellè: Te DUCE, Te Auspice, certissimam felicitatis ac tranquillitatis capit Lechia prognosim.

Celsissima Jam hic Plato quiescere jubet. Honor est, non horror de sub Principifloridæ JABLONOVIAE Arboris placidâ umbrâ, Catafracto se ex SAN SANGUSZKORUM occurrere Equiti. Festinat pro Domo GUSZCIS Palati JABLONOVIA hic Phaleratus Orator, infractæ dexteritatis, nae Po- & fidelitatis Asselâ. Exilijt SANGUSZCIUS Sonipes ex fnanienfis Vlodzimirijs ridentibus pratis, ut velut Alexander Pucephalò, brevissimè sic SANGUSZCII suo insidentes Pegasò, Martis imperterriti refertur Ascianij probarentur. Verum: *linguamus Troiam Priamig, qui- Familiæ, escere manes.* Assurgat Magnus Antistes SANGUSZCIUS Origo, & Pastorali Pedò, sepulchrale elevet pondus, Sacer pro Domò Encomium sua Tullius HIERONYMUS verè Sacrum Nomen, meritis ac virtutibus beandum, ad cujus pietatis nitorem SMOLENS. CIA

**CIA** Tiara, liliatò candescit splendore, non fictam, recte-  
 storum exhibens canitiem, quam velut ad Lydium lapidem,  
 pectori suo admotum, jam pridem æternitati probatam, reddidit.  
**VLADISLAUS** *potestas fame*, potentiam reduxerat ad actum, glo-  
 riosi Nominis, contra hostiles ut Colonellus, bellando Phalan-  
 ges. Ne verò terrenarum, sed & aerearum Victor fuisset Pote-  
 statum, Peravitò Sonipedi, **RADIVILIAM** in **ANNA** Prin-  
 cipissâ Klecensi, suo gloriosò animò associaverat Aquilam; Cui  
 soli licuit, antè conflictum victoriam, Gentilitijs canere Tubis.  
**ANNA** peperit **SANGUSZCIO** Hectori probitatis Archi Ma-  
 gistrâ **CATHARINAM**. Lithvaniâ, alterû Bellonæ creavit **Celiffimus**  
 Doctore, in **HIERONYMO**, Tubam clangentem, publicos Re- **HIERO-**  
 gai componentem fluctus, omnia adversa è Patriò solò proscri- **NYMUS**  
 bentem. Qui ut felicius vinceret, Cruces **SAPIEHANAS**, in **SAN-**  
**CONSTANTIA** Supremi Ducis M. D. L. & Palatini Vil- **GUSZKO**  
 nensis Filiâ, suâ conjunxit Cruci, ut ex illis, crescentibus **Avus**  
**ANNA** & **CHRISTINA**, **CASIMIRO JOSEPHO** & **PAULO** **Principissâ**  
**FRANCISCO**, cresceret ex unione decor. Crevit in *atcre-*  
*scente* **JOSEPHO** M. D. L. Mareschalco, honoris Nomen &  
 omen ex **PIENIAZKIA**, in qua suam sibi sponderat auxesim;  
 hâc, (ut nummò locuples Midas,) Terrestri insertâ Capitali, so-  
 lus inappretiabile aurum, Cæleste se ipsò ditavit ærarium. De-  
 crevit brevi, qui crescere caperat, Flos **JOSEPHINUS**, immi-  
 ti Parcarum parcere ignarâ falce, succisus.

Excrevit interim in Magnam Gentem, in **PAULO FRAN-** **Celiffimus**  
**CISCO** Parente Tuo *Princeps Celiffima* ex **SANGUSZCIS** **PAULUS**  
**JABŁONOVIA**, in cuius excurrere præconia, filum excedit **FRAN-**  
 Oratorium, nervus rumpitur facundiâ, cum sub mole Magni **CISCUS**  
 Mareschalci, redivivi Romanorum Scipionis M. D. L. merito **SAN-**  
 rum, vix spirent Tullij, flectant humeros Hortensij, Nomina **GUSZKO**  
 deficient texendæ elogiõrum Coronæ. Illò Scipione, qui solus **Parens**  
 Patriæ fulcrum fuerat, labentes animorum colossi assurgebant, **Gloriosis-**  
 publica immota Authoritas vigeat, sola crimina funestam op- **simæ me-**  
 petiêre ruinam. Sanctior Lycurgò *Mareschalcus*, neminem ex- **moriar Ma-**  
 terum, licet Apollinem ad formandam Civium vitam, voluerat **reschalcus**  
 invitare. Flos hic, antecedanea Majestatum Virga fuerat, im- **M. D. L.**  
 mensam proinde gloriâ, signabat stationem. Efflorere cupijt in  
**BRONISŁAWA** ex **PIENIAZKIIS SANGUSZCIA**, Ma-  
 gnæ memoriæ Fratris sui relictum Capital, suâ inscripsit fronti,  
 corde locavit. Ast & in hâc, præcisa Virga, præsaga honoris  
 M &

& gloria, ab aureo PIENIAZKIO gurgite, fribundus SANGUSZCIUS Pegasus, pretiosum Pactolum ex LUBOMIRIA capessuit *Szreniawa*. Nec tantum aureæ fecunda parens arenæ, verum noverat uniones pretiosissimos parere, Uncti Domini summi Regnantis Poloniarum pectori, in JOANNE Mareschalco Curia M. D. L. affabre inferendos. Fulcrum adoratur Patriæ, qui toties auream collabentem fulcierat libertatem. Quò, sicut olim suò Aufoniò Gratianus, Xenophonte Cyrus, Alcuinò Carolus, sic M. D. L. Curia, JOANNE infractò gloriatur Hector; ac ut honori & horrore emineret, DONHOFFIUM *Aprum* periculosis casibus cedere nescium (cum vis unita fortior) SANGUSZCIO associat Equiti, utriquè æviternæ felicitatis, appendens symbolum: *aut mors, aut vita decora*. At deplorandum fatum, LUBOMIRIUS PAULI FRANCISCI SANGUSZCII Ganges, domesticum alluens campum, jam suas inestimabiles desijt manare lymphas, jam charitum & gratiarum uniones, mortalitatis absorbere fluctus. Phaleratus Sonipes, Pegasus alatus effectus, DUNINIANI Cygni pennis.

Celsissima ex DUNINIIS SAN-GUSZCIA Mater Principissa JABLONOVIA Fundatrix  
*Cygnus in augurijs nautis, in Eloquentiæ vorticibus Marinis navigantibus, gratissimus Ales; quid de veriori Pandorâ Celsissimâ ex DUNINIIS SANGUSZCIA Principissa jubilans canet: de Ea citra erroris suspicionem licet ambigere, nullis fermè Cælum gaudere gratijs, quas huic Neptuniæ aliti, non indulisset, Magna in moribus comitas, summa in cælites affectio, sublimis in Regnantem demissio, rara cum Ducali Majestate affabilitas, liberalis in egenos dextra, diffusa in sacros usus munificentia; adeò ut dubios habeat sui Encomiastas, quid prius mirari, quid summis explanare elogijs. Agnoscimus solis Majestatem ex radio, ex umbra sydus, ab extimæ pietatis vestigiò, inhabitantem in Celsissima Principissa legimus virtutem. Ergo candenti Corpore Cygnus, intaminati candoris Empyreï supervolitet vates, gloriæ & honoris augur Celsissimus.*

Celsissimi Principes, & Principissa.  
 Nec tantum DUNINIANUS dat sonitum raucis, per stagna sequacia Cygnus, etiàm Catafractus SANGUSZCIUS ad Portas Patriæ Annibal, in Celsissimo Principe JOSEPHO SANGUSZCIO Capitaneo Krzemencensi, è Peravito Armorum filice, Patriæ & Profapiæ gloriæ excitat splendores, ad quos JOSEPHINA lilia arescere nescia, floridæ probitatis gratissimos diffundunt odores, meritorum accendunt flammigeras tædas, quas

quas invidus sæculorum minimè extingvèt livor. Lucem,  
luci rutilantissimæ, aurum decoris, aurò pretiosissimò conjun-  
ctum, in *Celsissimo* HIERONYMO SANGUSZCIO *Capita-*  
*neo Czerkasciensi*, Majestatum coronis, Republicæ gloriæ à-  
ptandum, adorat Sarmatia, quem in utroque fortunæ theatrò,  
ad Regni videlicet ac amoris tutelam, Superum promovendum  
zelum, ad exterorum Principum invidiam, perbellè toties ex-  
plicuerat.

Nec tantum Mitrata fortuna, verum & erudita  
Pallas Varfaviensis, gratiam in JOANNE *Principe Celsissimo*  
SANGUSZCIO lætabunda suspicit, & suscipit, dum svavissi-  
mis Ejusdem sibi blandiri favonijs, dulci eloquiorum svadâ per-  
mixtis superbit, gloriosorem Apollinem, Patrios exhilarantem  
animos celebratura.

At quid de *Celsissimis Principissis*  
CHRISTINA & CUNEGUNDE, Oratoria notabit penna  
geminum Poloniæ rutilantissimum pietatis sydus, fortitudine  
Zenobiam, sinceritate animi erga Divos Methildem, affabili-  
tate Isabellam exæquantem, pronò venerationis aderat cultû.  
Veriores Amazones exporrexerit bono publico Olympus, in qui-  
bus Domicilia gratiarum, Lycæa virtutum, Palæstras pietatis,  
mirantur devincti animi. Tandem Illiadem texuero, dum *Cel-*  
*lissimas Principissas* omnigenæ probitatis, gloriosum nucleum  
celebrabit perennitas, diuturna desiderabunt lustra. Nunc:

Genuinum Alitis DUNINIANI Pullum, ex cãndida mente,  
Te nostra suspicit pupilla *Princeps Celsissima Palatina Posnaniensis*,  
*Domina ac Fundatrix Nostra Clementissima*, quam intaminatam  
sic custodire nosti, ut primi prædicamenti fieret negotium, in  
Cordis Tui penetralibus. Ex hac emanat svavissima virtutum  
fragrantia; nihil reperibile quod non redoleat roseum devotio-  
nis suffimen, nihil quod non decorum, quod non floridum flo-  
ribus Sanctimonix. Terris adhuc adoranda conspiceris, & jam  
sanctior atquè fortior, contra horricos erebi assultus Amazon,  
jam Cælesti Sponsò subarrhata annulò probitatis, jam inquam  
laureata Viëtrix, licet militantis Ecclesiæ Alumna, adoreris.

Maturueras ut flos gratissimus, in Domestici Sonipedis late-pa-  
tenti Campo, JABLONOVIO transplantata solò, svavius  
nunc emicas universis. Summa virtutum fitis, Te nitidum pu-  
ritatis lilium, largibus irrigat rectè-factorum nimbis. Alis nam-  
què virtutes, dum ob meritum vitæ æternæ esuris; Viëtrix cer-  
neris, dum à Te vinceris; aureâ libertate gloriaris, dum pietatis  
vinculis stringeris; Sanctimonix excolis arva, dum de labore

Princeps  
Celsissima  
ex DUNI-  
NIIS JA-  
BLONO-  
VIA Ord.  
S. Pauli p.  
Er. Ni-  
znioviensis  
Conventus  
Fundatrix  
Munificen-  
tissima.

dextra Tuæ ditantur Aræ; Palmam præripis hosti animæ, dum  
 palmas supplices ad Superes tendis; ad excelsi Nominis erige-  
 ris fastigium, dum Divinæ Majestati prona humiliaris; Vela-  
 nam orci rabiem extingvis, Divini amoris flammam, in Te J-  
 pla accendendo. Nomine & omine ANNAM gratiarum Di-  
 vinarum penu, Virtutum promptuarum, operum misericordiæ  
 aurifodinam, quem Te esse lateat: Orphani Te sequuntur, pau-  
 peres amant, Religiosorum catervæ ut potè Fundatrici suæ be-  
 nignissimæ prociua, hæctuntur in adoream. Et si veritati con-  
 sonam, *testem oculatum primum quovis in foro occupare locum*  
 ergo Paulina Tuó Nomini devinctissima domestica Familia, fi-  
 dei intemerata agat Arbitrum. Publicæ itaque confessionis pan-  
 dit oraculo; quotidianam gratiarum indeficientem alimoniam.  
 Aruissent pridem Nizniövienes Castalij fontes, nisi Tu Mulier  
 fortis, apertam dextram misisses ad fortia, nisi gratiarum Tua-  
 rum limpidissimæ Lymphæ eosdem saperalluissent. Timuerat  
 sibi Paulinus cætus à vehementibus novercantis fortunæ frigori-  
 bus brumæ, nunc accenditur in debita adorationis homagium,  
 ubi nos omnes fideles domestici Tui, vestiti duplicibus. Mul-  
 tis benefica, sed nec Tibi Soli parca; *multæ Filie congregave-  
 runt divitias virtutum, Tu sola Mulier, veriori Ducali Paluda-  
 mento Sanctimonie amicta, supergressa es universas.* Excellis  
 namque pietate Corneliæ, dexteritate Cleliæ, gravitate Olym-  
 pias, ingenij acumine Themistocleas. *Quam licet de Persona  
 non nossem, & dixisse sat foret, Te Fundatricem Pietissimam  
 ex SANGUSZCIS ANNAM JABLONOVIAM, ubi fasci-  
 bus insignes & legum culmine fultæ convenere Domus, & qui le-  
 ctissimus Orbi sanguis erat, in Vobis Celsissimi Principes Sacra-  
 mentali vinculo fæderati, fulgidius eminet ac Patriam duplicatõ  
 sui amænissimõ, desuaviat Purpurisõ.*

Celissima  
 Filia DO-  
 ROTHEA  
 JABLO-  
 NOVIA.  
 Fulgidius inquam eminet: in *Celissima Principissa* DORO-  
 THEA BARBARA ANNA ex SANGUSZCIS JABLO-  
 NOVIA è Cujus infantilibus fascijs, hæsces præminentiarum:  
 è cunis, canam indolem virtutum pretiosarum feracissimam  
 Catafractus Polonus, ac SANGUSZCIUS Hector concipit  
 augurium. Nec immeritõ: hujus enim oculi in Orbe spherico,  
 DOROTHEÆ videlicet Capite, velut luminaria in Cælo, pu-  
 rissimã micantiores crystallo, hilari ab universis conspiciuntur  
 mente; hanc gemmeus roseus depinxit color, cujus genas Pa-  
 stanum vocare licet hortum, Jdaliõ corruscum flore; tenera tan-  
 dem

dem labra, fulgidus Murex purpuravit. Tota quanta licet subtilis corporis moles, gratias loqui, favonios spirare, Nymphas effingere ad amissum præfagire cernitur. Quæ omnia dum admirabunda suspicit Prosapia, licet ad florem ætatis, tamen Encomiasticum hebetatur acumen, altum indicit silentium, solam interminam magnæ probitatis, *Principi Celsissime DOROTHEÆ* resonantiam exoptat, quæ eo altius *JABLONOVIA* sublimaretur Arbor. Jam:

Ergo *Princeps Palatine*, ne credas *Thebeum* procrastinantem semper fallere *Corvum*, disertus pro *Domo Tua* Orator, Triadem Inductionum claudit, ea interim quæ *Juris & Justitiæ* fuerint, statui, & sententiari debita cum instantiâ postulat. Eja *Divina Themis* peremptoriè adcitatus *Princeps Palatinus* juxta schedam respondit, petit *Decretum definitivum* ferri in scriptis, ac debite executioni demandari. *Summi Tonantis* *Majestas*, auditis *Partium controversiis*, non coactos, non compulsos, palam, sponte ultro; liberè; pro parte *Principis Inductionum* veritatem, probantes statui mandat *Testes*. Dederat *Poloniae Polus*, omni exceptione *Majores*, juramento *Sacramentali* ad edicendam veritatem obstrictos; *Gemilitia Arma Familiarum*, *Principi* concatenata, *Ijus* militant honoris. Nec resolutis parcent in cineres exuvijs (cùm *Arma* sint) ut velut ex *Atomis*, veritatis tumescerent montes. Itaque assurgant *Gloria Gentis*, ac inclita *Numina Regni*:

AnteDe-  
cretum de-  
finitivum  
Divina  
Themis, po-  
stulat Te-  
stes jura-  
tos, quos  
Pars adci-  
tata statuit.

## TESTES JURATI

Pro parte

*CELISSIMI PRINCIPIS PALATINI.*

*ABDANK JAZŁOWIECCIORUM, WARSZYCCIORUM, BUCZACCIORUM, SKARBKORUM;*

*Auro cedroque notanda.*

*BOGORYA WOŁOWICZIORUM: Spernit pericula virtus.*

*BONAROWA BONERORUM: Vallatum Lilijs cinge Corona Caput.*

*BONCZA FREDRORUM: Contra dilemmata pugnat.*

*BRAMA OGINSCIORUM: Magnis pateat referata triumphis JANUA.*

N

CIO-

**KOSCIESZA CHODKIEWICZIORUM:** *Nunquam TE-  
LLUM istud aberrat.*  
**KRZYWDA RZEWUSCIORUM:** *In medijs Crucibus, me-  
dium sequendo beatur.*  
**LELIWA SIENIAWIORUM, TARNOWSCIORUM,  
GRANOWSCIORUM, TYSZKIEWICZI-  
ORUM, KALENIKARUM:** *Non mendicato lu-  
mine, tuta nitet.*  
**LEWART FIRLEJORUM:** *Virtutis: non hic color unus.*  
**LINIEWSKI LINIEWSCIORUM:** *Federe disrupto, COR-  
DA ligata domat.*  
**LIS SAPIEHARUM, WILKANOWSCIORUM:** *ni prius  
explores, aggrediare cave!*  
**LUBICZ HEŁCHOWSCIORUM:** *His prævijs, nescit obli-  
quum iter.*  
**ŁABĘDZ DUNINORUM, TELEFUSORUM:** *Sublime fe-  
rent ad Sydera CYGNI.*  
**ŁODZIA OPALINSCIORUM:** *Surgit, surgentibus undis.*  
**MNISZECH MNISZCHORUM:** *Fortibus, dura placent.*  
**MOGIŁA STANKIEWICZIORUM, BIELEWICZIO-  
RUM:** *Vivit post cineres Phenix.*  
**NAŁĘCZ OSTROROGIORUM, SZAMOTULSCIO-  
RUM, CZARNKOWSCIORUM, NOWO-  
DWORSCIORUM:** *nodos virtute resolvo.*  
**NOWINA PRZEREBSCIORUM:** *Ferreus ecce stylus, nova  
quò lamne acta notantur.*  
**ODROWAŻ ODROWAZIORUM, SIEDLNICCIO-  
RUM, PIENIAZKIORUM, SZYDŁOWIEC-  
CIORUM, CHLEWICCIORUM, CHRE-  
PTOVICCIORUM:** *Vis nescia vincit.*  
**OGONCZYK DZIAŁYNSCIORUM, WIESIOŁOW-  
SCIORUM, KOSCIELECCIORUM:** *Rapi-  
untur Sceptra per ARMA.*  
**OKSZA REYORUM, KŁOMNICCIORUM:** *nititur hīs  
Regnum.*  
**OSTOIA OSTOJORUM:** *Conterit Osmanice, Capitalia  
Cornua Lunæ.*  
**PAWEŻA WORONICZORUM:** *Arcanum penetrat, mini-  
mè credendo colori.*  
**PILAWA POTOCIORUM:** *Gemmâ pretiosior omni.*



POBOG DADZIBOGIORUM: *longò splendescit ab usu.*  
 POGONIA SANGUSZKORUM, CZARTORYSCIO-  
 RUM, DUCUM KOSZYRSCIORUM: *At*  
*MILES armatus, congressu fundet inermem.*  
 POMIAN BRONISZOVIORUM, LUBIENSCIORUM  
*est CAPUT in pretio.*  
 PORAI PORAJORUM, DABROSCIORUM, KONA-  
 RZESCIORUM, GORYNSCIORUM, KU-  
 ROZWEKIORUM, BUZENSCIORUM: *Et*  
*ROSA quâ redolet, solus amicus honor.*  
 PRAWDZIC ŁASZCZORUM, LATALSCIORUM:  
*Quis non pavēbit!*  
 PRUSS imo ZALESCIORUM: *Est mihi CRUX Cuspis,*  
*CRUX Scutum, CRUXq; Corona.*  
 adò GOŁUCHOWSCIORUM: *Ad horreum im-*  
*mortalitatis.*  
 szio ŁUKOMSGIORUM, MINSCIORUM, RU-  
 DZINSCIORUM, ZUKOSCIORUM:  
*In Virtute CRUCIS, Virtus PEDE calcat Honorem*  
*Et STYLO acu d, sui Jus violare vetat.*  
 PUEKOZIC LIGEZARUM: *Rectius sub duplici CAPITE*  
*Consilium.*  
 RADWAN ZEBRZYDOVIORUM, UCHANSCIO-  
 RUM: *Fidem servatam probat in certamine signum.*  
 RAWICZ OZAROWSCIORUM, DEBINSCIORUM  
*sine occasu felix.*  
 ROGALA WESLORUM, KRASICCIORUM, SIECIN-  
 SCIORUM: *Tandem bona causa triumphat.*  
 ROSA SZEMBEKIORUM: *hic ver Purpureum.*  
 SAS DZIDOSZYCCIORUM: *Vicino haud ardet ab igne.*  
 SIENIUTA SIENIUTARUM: *Nullis praesentior ether.*  
 SLEPOWRON KRASINSCIORUM, GASIEWSCIO-  
 RUM, JUSZKIEWICZIORUM: *CORVE mi-*  
*hi semper, sanctiss omen eris.*  
 STARYKON WIEŁOPOLSCIORUM: *Dant animos pha-*  
*lere!*  
 SULIMA HAMSZEYORUM: *Supra PETRAM firmam*  
*TRENAM, securior Ales.*  
 SZELIGA SZELIGARUM: *Sic CRUCIS Mysteria fulgent.*  
 SZRENIAWA LUBOMIENSCIORUM, STADNICCIO-  
 RUM:

RUM: *Hunc FONTEM Diadema fidei.*  
 TOPOR TAREONUM, OSSOLINSCIORUM: *Verus a-*  
*mor Sceptra, SECURIBUS equat.*  
 TRABY RADIVILIORUM: *per ora, per Orbem.*  
 WAGA POCIEJORUM: *Sic taxat pretia Virtus.*  
 WIENIAWA LESZCZYNIORUM: *nec fulmini, nec amori!*  
 WIERZBNA RYDZINSCIORUM: *fulcit se FLORIBUS*  
*fulcrum.*  
 ZADORA LANCKORONSCIORUM: *Et non extingvet*  
*livor.*

Hi sunt *Celeste Tribunal Celsissime Domus JABŁONO-*  
*VIAE* intaminatae fidelitatis *Ascanij*, Quos licet ob sanguinis ne-  
 xum Murice tinctus HONOR, in fundamento *Juris & Legum*,  
 à Testimonij Sacramento arcere posset, intemerata nihilominus  
 probitas, quæ ex Purpureo emicat Cruore, excludere Illos mi-  
 nimè permittit. HONOR *pars agitur vincit, post tergum capta*  
*lacertis, Ducali jam applaudit VIRTUTI.* SACRA-  
 TIOR THEMIS *auditis Partium controversiis, visis, trutinatis,*  
*tandem ex allegatis Juridicè deductis, legali Et authenticò te-*  
*simoniò probatis Inquisitionibus, in VIRTUTIS Palatine par-*  
*tem, suam judicalem præponderavit stateram, contra Princi-*  
*palem Actorem Togatum HONOREM: Principem Virtutum*  
*sententians Celsissimum Mareschalcum, ac quòd sub Rosa spo-*  
*ponderat, jam felici omine pandit, tantorumquè meritorum*  
*congeriei, insuper Palatinam Curalem vectigalem, adjudicare*  
*statuit.*



# DECRETUM

Sive

Decreti ex Protocollo Divinae Themidis  
per solam Cathegoriam

## EXTRACTUM.

Cathego-  
ria Decreti  
per Extra-  
ctum pu-  
blicatur.

*Actum &c. In causa & actione Judiciaria infra scripta, coram  
presenti Ordinario Generali Divinae Themidis Judicio vertente  
& agitata &c. Proinde attentis praemissis matureque deliberatis,  
quandoquidem Judicio suo documentaliter probatum est; Judicium  
praesens approbatis Transactionibus, contra Principalem Actorem  
HONOREM videlicet, memoratae VIRTUTI non debere subli-  
mes Curules ac Fasces instigantem: in rem aditae Partis, nimi-  
rum VIRTUTIS PRINCIPIS, semper Celsissimae, semper Jure  
hereditario ex ambientis celebris praeconia fame, Divinum Judi-  
cium statuit decisivam. Quoniam Judicium praesens studeat equi-  
tati & Justitiae, ideo succurrendo iniuriatae aditae Parti, decer-  
nit: VIRTUTEM PRINCIPIS, Regum Coronis, Ducum Cla-  
vis, Principum Mitris progenitam, illiq; innata Urbis & Orbis  
Solia. Cum autem Palatinum Posnaniae Subsellium, suo sit vidua-  
tum, pro Patria, velut pro Dijs perorante Agamemnone, ideo PA-  
LATINAM CURUBEM PRINCIPIS MITRATAE VIR-  
TUTI, INFRA MITRAE DUCALIS ALTUM LOGAN-  
DAM, IURE ADVITALITIO STATUIT, DECERNIT,  
AC SENTENTIAT; Ut sic pro DEO ac FIDE SANGTE,  
pro REGE FIDELITER, pro LEGE GLORIOSISSIME mi-  
litet CELSISSIMUS ROTHMAGISTER ac triumphet. In  
contravenientes &c. &c.*

Nunc Festivos excita choros, triumphans *Eremitica Palma*,  
semper florida laetitiae, de noviter adjudicatio, licet a saeculis  
promerito splendore *Principis*, explica folia. Auro fluant *The-  
bei* latices, Lechica Ales, ad perennem memoriam *Principi*  
*Celsissimo*, fastos gloriae rigaturo, pennam porrigat devinctissi-

mo

mo Accesseris Oratori. *Princeps Palatinus* in tranquilla noctis quiete, *Ætherei Aurora* diei, *Lux* in ortu meridiana, in meridie, ANTONII SERAPHICA exoritur. Lux illustris excrevit Illustrissima, pridem altò residens Olympò, nunc eminent *Celsissima*, multiplici Regnantium radiò, *Serenissima*. Cælum honoris, ut meridianum jubar conscenderas. Amplius loquar, Cælum nobis omnigenæ felicitatis referas, dum Cælum Solis Europæi Zodiaci adoreris. In hocce ascensu, copiosiores communicas influentias, ab hinc nunquam frontis nubilum apparebit *Æther*, aureos despumabis Patriò Solò imbres. Infers fastigiù fastigio, Posnaniensem Aquilam Tuâ Ducali redimendo *Mitrâ*, dum publicam in ea erigis felicitatem, splendidam adauges gloriam. Ascendis honoris Senatorij Regiam, *Te Palatinò Augustissimam*, cujus culmen pridem ad sydera evexeras. Pedem moves ad Solium, ut Nummæ & Cornelij ad Capitolium, Dij ad immortalitatem. Capessis Majoris Poloniæ subsellium, *Principis Purpura* altum petens, faciet altius elevari Majorem. Modò:

Fæderata sanguinis nexû, Tibi applaudunt Regna, & Imperia. *AQUILA IMPERIALIS*, ut sis decori & timori. *Lilijs* inclyta, ac florida *GALLIA*, ut placeas Superis. *HISPANIA* honoris *quing.* Tibi *Purpurato Senatori* erectis *Colossis*, illud *Caroli V.* sui Regnantis insculpsit Epigraphæ: *plus ultra ad Coronas.* *SICILIA* *Cruci Andree* hanc plausus appendit syngropham: *Crux famam Regnis referet, Crux sola triumphos.* *DANIA* *Leopardò*: *Tibi non sit hic color unus.* *ANGLIA* vigilantem Tuo honori donat *Leonem* minimè sollicita, quòd *Tuo: non deerit generosa in pectore Virtus.* *SARDINIA* in *Cruce* salutis prognosin, *in hoc signo vinces.* *BAVARIA* Te *Arborem* adorat; de cujus latissimè ad sui terminos diffusis ramis, *Pomum* Peravitò Regni implantaverat *Armorum Campò*, ac huic inflectitur, perbellè noscens *JABLONOVIAM* *Arborem non vulgari stipite natam.* *BRANDEBURGICA* *coronata Aquila*, cum pullo investiatore colore, ac ad Tui exortum à tripudijs vacare cogatur, *Festam Palatij* instruit lucem, lætos concitat sonos, solà verò non quidem nitore, sed candore ad Tui obtutum corruscat. *PALATINUS RHENI ELECTOR* Tuò Soliò, & suæ Peravitæ *Coronæ* alludit; quod: non nisi *Cælitus sublimia* dentur. *Principum Exterorum* nihilominus *JABLONOVIAE* *Profapiæ* *Domesticorum fæderatæ dextræ*, suam appingunt tesseram, *florida*

REGNA  
EURO-  
PÆA  
CELSIS-  
SIMO  
PRINCI-  
PI cum  
voto ap-  
plaudunt.

RESPU-  
BLICA &  
Loricata  
Cohors  
suo Roth-  
magistro  
gratulatur.

*da vigebit Regnis & Provincijs Tua semper inclita Virtus. Et*  
quid tandem *Phebea* SARMATIAE Ales, in alto Statuum & Ordinum, Regij, Senatorij, & Equestris locata nido! quid suo Rothmagistro *Loricata Cohors!* exultans occinit:

Pro meritis Posnanensis subsellia Regni  
Alba Aquila ornavit, PRUSS PALATINUS ovet  
Arte & Marte sagax, clarus JABLONOVIVS armis,  
Stat pro Republica DUXque COHORSSue vigil.

*Palatina Virorum Summorum, Celsissimorum, Excellentissimorum, Illustrissimorum nobilissima* Caterva, Te suum *Principem* hilari excipit vultu, optime persvasa, quò affunderis Murice, meritorum Tuorum cruorem esse, Celsissimum Tui Sangvinis Colorem, Palatinae dignitatis culmen, suo glorioso aditu, ultra summa omnia evehentem. Quare quod *Famianus Strada* suo *Plantario*, hoc *Celsissimae Arbori*, in propensionis ac benevolentiae documentum: *JABLONOVIVS* *Pomis omnia servat.* *Excelsa Metropolis è triplicatis Turribus*, Te *Stadiodromò gloriosissimò* praesidente: *undiq; frustra*, securitatem sibi pollicetur. Nulli alteri praeterquam Tibi, *duplicata Clavi, omnia pandit.* Nunc *Apollo* hilares intonet *Rythmos*, *svavem Principi Palatino* pulset *Cytharam*:

Pergit *Apollo* hilares ore cingere modos.

Sta Sol! nè laxis movearis passibus axis.  
Sta! porro motis, sponte quiesce rotis  
Sta! gratus rebus, jubar explica in hisce diebus,  
Latitiae veris, prodromus aequus eris.  
Augurijs pronis, magnalia digna Coronis,  
Svavius expones, jubila jube fones.  
Flora serat flores, plantans in lilia odores,  
Ornet in annosis, prata replenda rosis.  
Currite *Castaliae*, luxu exultante *Taliae*,  
Cantus laurigeros, promat *Apollo* melos.  
Jungite *pleetra* ausus, reboent at *tympana* plausus  
Plus cunctis *Clio*, posce nitoris Jo!  
Perge ita *Lechica Avis*, fausta pro sorte *svavis*  
Teque beet quovis munere dextra JOVIS.  
Te REX aspexit, *Diadema* in pectore plexit  
POSNAN vota novat, PRUSS PALATINUS ovat  
Tu

Tu PRINCEPS lætis, hodie lux orta Pòëtis  
 Metra sonant rite, sera per æva nite.  
 Aurea sæcla feres, Augusti Sangvinis hæres  
 Vix quit in Orbe Lechi, gloria tanta vehi  
 Lux Orbe es toto, tenebris luctùque remoto.  
 Possent unde Tui, fortis honore frui.  
 Quo Tibi gratantur, LVstris TVa gesta LoqVant Vr  
 CeDrIsqVe eXarent noMIna, VIVE! parent.  
 VIVE, VIRE, hIs testor, feLIX sVper Æthera Nestor  
 EXeMpLar RegIs, spésqVe DeCVsqVe GregIs  
 TV fons VlrVtIs, DUX propter Regna saLVtIs  
 LVCIDa PlerIs, tenDIs In æVa VIIs.  
 Ergo DIIs feLIX, reDIVIVE In nestora PhænIX  
 VIVas feLICES, Vt slne nVbe DIes.

Admitte adhuc *Parpurate Senator*, post Musas ad *Tue Du-*  
*calis* fimbriæ osculum, *Paulinam* minimam *Provinciam*, semper Paulina  
 Tui honoris fastigiò prociduam, & Zelum *Tue Celsitudinis* ap Provincia  
 pretiare. *Umbrae* quidem sumus *Religiøsæ*, ergo *Titan* Illustrif per suum  
 sime, nos pedissequos admitte: *Atomi* levissimæ ob pronam *Tuo* Elogiafam  
*Fundatorio* Nomini demissionem, ergo attrahamur à Te irra gratulatur,  
 diatò *Lechiæ Phæbò*. *Terra*, velut calcaneum Tuum, ergo ac claudit  
 Tuis gratiarum nimbis semper irrigabimur, sæcundabimur cul Processum  
 turâ. Ascende itaque *Palatinum Honoris Fastigium*, quod *Divi-*  
*nior Themis* *Tue* fecerat *Virtuti* in æternitate *vestigale*; victri Tullianâ  
 ces *Heroum Profapiæ Palmæ*, *Tue Celsitudini* meritorum pro facundiâ  
 FIDE, REGE, LEGE amplitudine, ac Peravitis subjecere adumbra  
 Armis; sociata (ne ambigas) *Sacratiori* vinculo SANGUSZ-  
 KORUM *Pogonia* Tuos jam dirigit gressus. Tandem: in  
*Sacratiori Areopago* gloriosissime triumphantis de *Togato* HO-  
 NORF, *Mitratæ VIRTUTIS* *Tue* claudens *Processum* Ora-  
 tor, huic Illustriori *Bellonæ*, adhuc suò alludit votò, quod *Præ-*  
*ses Hymnorum* Errato, sinè errore modulatur:

Quam bellè SANGUSZKORUM *Celsissime Princeps*  
 Sanxit in his Armis sædera casta POGON.  
 Vive precor Nestor, pretiosos Axe Nepotes  
 Ex ANNA Stellas, si numerare potes.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or title.

Second block of faint, illegible text, appearing as several lines of a letter or document.

Large block of very faint, illegible text, likely the main body of the document, possibly containing a list or detailed account.

Third block of faint, illegible text, possibly a signature or a concluding paragraph.

Fourth block of faint, illegible text, possibly a date or a reference.

Fifth block of faint, illegible text at the bottom of the page.

